V K
2492 a

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-44442-p0001-5




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-44442-p0002-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-44442-p0003-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-44442-p0004-1




*ad exemplar Budiſſinum expreſſit.*

no. 808

# BENNO,
## Epiſcopus olim Miſenenſis,
## *REDIVIVUS,*
Seu
# VITA BENNONIS
*Ex*
Probatæ fidei monumentis & codicibus MSCtis eruta,

*Autore*

M. MARTINO Heidenreich/
Leiſnic. P. L. C. & Eccleſ. Thalheim. Paſtore,

*Cum Sereniſſ. Elect. Sax. Privilegio.*

M. K. F. W. Erbstein.

DRESDÆ & LIPSIÆ,
Impenſis CHRISTOPH. HEKELII, Bibliop.
Literis CONRADI STOESSELII,
M. DC. XCIV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-44442-p0007-7

Universitäts-Bibliothek Halle
19 46 K 726

PER-ILLUSTRI, GENEROSISSIMO
ET MAGNIFICENTISSIMO
DOMINO
DN. GOTTHELFF-
FRIDERICO A SCHÖN-
BERG,
In Bieberſtein/ Trebitz & Nie-
der-Lockwitz HÆREDI-
TARIO,
DOMINO
SERENISS. ET POTENTISS.
SAX. ELECT. CONSILIARIO IN-
TIMIORI, SUPREMI ADPELLA-
TIONUM JUDICII PRÆSIDI,
COMITI, SUPREMOQVE REDI-
TUUM PRÆFECTO,

*EMINENTISSIMO MUSARUM
AUGUSTIORUM PHOEBO.*

DOMINO MEO GRATIO-
SISSIMO.

MAGNIFICENTISSIMO, AMPLISSIMO ET EXCELLENTISSIMO

*DOMINO*

# DN. MARTINO ZSCHAU,

SERENISS. ET POTENTISS. SAXON, ELECT. CONSILIARIO SPLENDIDISSIMO, REDITUUMQVE PROVINCIALIUM SUPREMO PRÆFECTO, ET STEURÆ ADMINISTRATORI SPECTATISSIMO,

*MOECENATI MEO MAXIMO.*

*NOBI-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-44442-p0010-5

*NOBILISSIMO, AMPLISSIMO ET EXCELLENTISSIMO*

DOMINO

# DN. Traugott Dietrich/

SERENISS. ET POTENTISS. SAXON. ELECT. IN NEGOTIIS STATUS AC IMPERII A SECRETIORIBUS,

*PATRONO MEO SINCERE VENERANDO.*

# DOMINE GRATIOSISSIME,

*MOECENATESQVE ET PATRONI MAXIMI.*

LIcet nec Epiſcoporum munera ſuſtineatis, nec curam agatis animarum; æqviſſimũ tamẽ mihi viſum fuit, Epiſcopum Per-Illuſtr. & Ampliſſ. Nominibus Veſtris conſecrare. Haberem ſanè heic, unde evagari poſſem & ſinceram illam & infucatam pietatem, qvâ tot exæqvatis Epiſcopos; in labores & vigilias pro Eccleſiarum ſalute ſuſceptas; in comitatem, qvâ adfabiles Vos communesqve præbetis omnibus in ordine Epiſcopali conſtitutis, niſi manum mihi inſignis Veſtra mode-

modeſtia injiceret, & plura dicere volentem vi qvadam cohiberet. Qvocirca cùm iniqvitatis fuerit haud exiguæ, non venerari tot Illuſtrium ingentiumqve virtutum exempla; nemo utiqve vitio mihi vertet, ſi publicum aliqvod in Vos pietatis & obſervantiæ meæ indicium extare velim. Suſcipite ergò Epiſcopum hunc meum habitu minus ſplendido indutum, ſiqve meretur ob vitam perditisſimum, penitus admittite, meqve gratiâ & ſubſidio Veſtro ſublevate. DEUS Vos amet & ſervasſit ſemper Veſtris, Nobis, omnibus piis! Vivatis diutisſimè. Valeatis conſtantisſimè. Dabam Thalheimii Cal. Octobr. A. O. R. 1693.

PER. ILLUSTRIS VESTRÆ GRATIÆ
*ut &*
MAGNIF. NOBILISS. AMPLISSIMARUMQ;
DIGNITATUM VESTRARUM

*Humilis ac Devotiſſimus Cultor*
M. Martinus Heydenreich.

# DOMINE GRATIOSISSIME,

## *MOECENATESQVE ET PATRONI MAXIMI.*

LIcet nec Epiſcoporum munera ſuſtineatis, nec curam agatis animarum; æqviſſimũ tamẽ mihi viſum fuit, Epiſcopum Per-Illuſtr. & Ampliſſ. Nominibus Veſtris conſecrare. Haberem ſanè heic, unde evagari poſſem & ſinceram illam & infucatam pietatem, qvâ tot exæqvatis Epiſcopos; in labores & vigilias pro Eccleſiarum ſalute ſuſceptas; in comitatem, qvâ adfabiles Vos communesqve præbetis omnibus in ordine Epiſcopali conſtitutis, niſi manum mihi inſignis Veſtra mode-

modeſtia injiceret, & plura dicere volentem vi qvadam cohiberet. Qvocirca cùm iniqvitatis fuerit haud exiguæ, non venerari tot Illuſtrium ingentiumqve virtutum exempla; nemo utiqve vitio mihi vertet, ſi publicum aliqvod in Vos pietatis & obſervantiæ meæ indicium extare velim. Suſcipite ergò Epiſcopum hunc meum habitu minus ſplendido indutum, ſiqve meretur ob vitam perditisſimum, penitus admittite, meqve gratiâ & ſubſidio Veſtro ſublevate. Deus Vos amet & ſervasſit ſemper Veſtris, Nobis, omnibus piis! Vivatis diutisſimè. Valeatis conſtantisſimè. Dabam Thalheimii Cal. Octobr. A. O. R. 1693.

PER. ILLUSTRIS VESTRÆ GRATIÆ
*ut &*
MAGNIF. NOBILISS. AMPLISSIMARUMQ;
DIGNITATUM VESTRARUM
*Humilis ac Devotiſſimus Cultor*
M. Martinus Heydenreich.

# Ad
# LECTOREM
## BENEVOLUM.

*CUm Eccleſiæ Albertisdorpenſi, DEO ſic moderante, præficerer, cœpi ego ſtatim Conſtitutiones, ut vocant, Eccleſiaſticas, qvâ decet ac par eſt, diligentiâ evolvere. In præfatione autem veteri occurrebant qvædam de BENNONE;* Wir wiſſen fürwar/ etc. GOTT wird an ſtatt BENNONIS etc. das Evangelium pflantzen. *Inqvirenti mihi in ejus hiſtoriam Dresdæ paulò pòſt ad manus venit exemplar qvoddam tineis fermè exeſum ex Emſeri fonte Latino in vernaculam transfuſum, qvod Bennonis effigiem repræſentabat hac ſubſcriptione:*

Dum

Dum mortalis eras, miracula multa patrabas,
Cum Superis regnans edere plura vales.
Ne dubitet qviſqvam, loqvitur res ipſa, palamq́;
Munera, vota, preces, publica fama docent.

*Maturabundus ego confuſè notabam ea, qvæ placebant præ cœteris. Cum verò ad mentem mihi revocarem, longè dulcius ex ipſo fonte aqvas bibi; Virum, dum viveret, Maxim. Rever. atq́ve Excellentiſſimum Dn. L. Joachimum Fellerum, Academ. Lipſ. Bibliothecarium, in qvô nec moroſiſſimus qvisq́ve ullam qverendi cauſam invenit unqvam, interpellavi, ut, ſi Emſerum de vitâ Bennonis poſſideret, ad me curaret propediem. Non ſolùm autem ejus mihi copiam fecit, ſed & per Virum Venerab. atq́ve CL. Dn. M. Chriſtianum Nitſchium, Adfinem meum honoratiſſimum hodieq́ve Eccleſiæ Weitzſchenſis Paſtorem vigilantiſſimum hiſtoriam canoniſationis è MSStis Paulinæ vetuſtioribus eruendam humaniſſimè communica-*

*nicavit: qvam cùm barbarè ſatis, prout ſeculi ruditas tulit, ſcriptam, plerumq́ve ſenſu genuino deſtitutam deprehenderem, innumeris in locis eandem emendavi, defectusq́ve aut reſcidi, aut induſtriâ mea ſupplevi, omiſſis, qvæ in Conſiliorum bigâ hinc inde interſerta erant, jurium allegatis. Spero autem, laborem hunc neq́ve in ordine Sacerdotali conſtitutis, neqve reliqvis eruditioribus antiqvitates curæ cordiq́ve habentibus, improbatum iri. Hæc ſub veſtibulum duxi monenda, ne ignoratis illis ſiniſterius forſan de me fiat judicium. Vale Lector benevole, & ſtudium in colligendis hiſce qvalecunq́ve æqvi boniq́ve conſule. E Muséo Cal. Octobr. 1693.*

Ad

# Pl. Rev. Dn. Autorem,
## Virum Clariſſ.

*FAbula Bennonis, raſorum gloria fratrum*
*Deliciæqve olim, credula Roma, Tuæ,*
*Fabula prætereaqve nihil Tibi dicitur eſſe,*
*Exuiturqve ſuis lurida tota dolis.*
*Qvam benè! Namqve ſuas habeat ſibi Papa tenebras,*
*Patriaqve hiſtoriæ, Te moderante, jubar.*

D. VAL. ALBERTI,
Acad. Lipſ. h. t. Rector.

---

Ad
## Perqvam Reverendum Editorem
vitæ
*Bennonis Epiſcop. Miſen.*

OCcidit & nigras dudum migravit ad umbras,
Miſniacis qvondam BENNO celebri agris.

Qvi

Qvi nunc e tenebris per TE, *Clariſsime*, ſurgit
In lucem, & veluti nunc redivivus adeſt.
Sed vitam luci donas tantummodo: ceſſet
Illius *ars* umbris tradita *nigra*, nigris.

*Scribeb. Lipſiæ*

*L. A. RECHENBERG*
*P. P.*

---

*LEgit in Elyſiis hæc ut Miracula campis*
*Fulgida Miſnenſis gloria BENNO Chori,*
*Cur hæc monſtra olim finxit Mavortia Roma?*
*Hæc ſunt inſubidæ ſomnia mentis, ait.*
*Ficta cuculligeri ſunt hæc miracula cœtus,*

*Non*

*Non mea ſunt gerræ pingvis aqva-*
*liculi.*
*Dum vero hæc doctè vana Heidenrei-*
*che recenſes,*
*Miraculum ingenii prodis ubiqve*
*Tui.*

CHRISTIAN. FRIDERIC. GARMANNUS,
Medic. E. S. Provincial.
Phyſicus Chemnic. Acade-
micus Curioſus.



Ἡ ἁμαρτωλὸς ψυχὴ καὶ ἔτι οὖσα ἐν τῷ σώματι τὴν τῶν κακῶν πράξεων ὀζοδίαν ἀποδίδωσι; μετὰ δὲ θάνατον πολὺ πλέον τῶν γὰρ πράξεων φανερῶς ἐπικειμένων αὐτῇ σκοτοῦσι καὶ μελανιαν δίκην αὐτῇ περισήπουσι.

*EXtant hæc verba in Macarii Alexandrini, Anachoretæ Græci, Dialogo, MSStus atqve adhuc ineditus in inſtructiſſimâ Lipſienſium Paulinâ adſervatur, &* λόγος περὶ ἐξόδου ψυχῆς δικαίων καὶ ἁμαρτωλῶν, *h. e. ſermo de exceſſu juſtorum & injuſtorum inſcribitur.*

Latine ſic reddi poſſunt:

*Anima peccatrix etiam dum corpori ſuo adhuc alligata eſt, malorum operum odorem de ſe ſpargit; poſt mortem verò multò etiam fœdiorem. Opera namqve mala incubant illi, tenebrisqve involutam velut atrâ veſte circumda.*

JE-

# JESU.

## ANIMARUM NOSTRARUM EPISCOPO FORTUNANTE!

*PRÆFAMEN.*

****

## LEMMATA.

*1.) Epiſcoporum dignitas ex ſententia Juſtiniani (2) ad Imperium ſeculare comparata. (3) ab origine illuſtrata. (4) poſt divinitatem commendata. (5) Ferdinando, Valentiniano, Conſtantino, gentilibus, Turcis, Perſis &c. adprobata (6) gradibus ſuis diſtincta. (7) à nomine laudata. (8) cum prudentia collata. (9) à qvibusdam ſubnegata. (10) improbius uſurpata. (11) Fit deniqve tranſitio ad Bennonem.*

(1) PErhonorificum eſt Epiſcoporum munus, α) & omninò ſanctum, usqve eò, ut in qvam abit ſententiam ſacratiſſimus Imperatorum Juſtinia-
(2) nus, β) vel omnium bonorum com-
(3) plementum, cum Imperio ſeculari, abſolvat. γ) Utrumqve ſanè *à DEO:* δ) qvi, ut *omnia* εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν ε) fieri juſſit; ita & Eccleſiam, ne involaret confuſio, in membra duo eminentiora diſtinxit, qvorum unum animæ, alterum
(4) corporis rationem haberet. Sed cùm ipſiſſimi DEI perſonam ſuſtineant his in terris Epiſcopi, temperare adfectui non poſſumus, qvin dignitatem à Numine proximam iisdem vendicemus. Unde *honorem Epiſcopo & ſacerdoti collatum ad DEUM ipſum pertinere, rectiſſimè ſtatuit Chryſoſto-*
(5) *mus.* ζ) Ferdinandusqve II. Imperator adeò *Epiſcoporum cum Angelis commune, imò ſanctius nomen eſſe voluit.* η) Hinc Ambroſium à præturâ in Eccleſiæ Mediolanenſis Præſulem evectum juſtiſſimæ gratulationis plauſu Imperator Valentinianus excipiebat *ſingulares nuncupaturus ſummo in cœlis Numini gratias, qvòd curam animarum ei Viro crediſſet, cui ipſe anteà corpora commiſerat.* θ) Et Conſtantinus cùm trecenti in Concilio forent congregati ſacerdotes, & contra ſeſe qverelas mutuas libellis conſcriptas ipſi exhibuiſſent, omnes omninò combuſſit dicens: *Dignum non eſſe, ut homo DEOS judicet* ι) Nec ſolùm à Chriſtianiſmi gnaris, ſed & à gentilibus honorificè ſunt habiti, iiqve inviolabiles, teſte locupletiſſimo

Dion,

Dion. Halicarnaſſ. κ) *Eſt omnium*, fatur *ſacratiſſimum & honoratiſſimum Legatus*, λ) *poteſtatem & vim habens imperantis, inviolabilitatemq́; ſacerdotis.* Qvibus mactent honoribus Turci Mophti ſuum, Muhamedis Vicarium, vide ſis Busbeqvius, μ) qvibus Perſæ Magos, Ammian. Marcellinus.
(6) ν) &c. Uti verò in Eccleſiâ triumfante Angelorum; ita in militante Epiſcoporum non uni ſunt dignitatum gradus. De Ἀγγελοταξίᾳ novenariâ, figmentô è putidis Dionyſii lacunis hauſto, ξ) nil attinet nunc dicere; Epiſcopos ſaltim curioſam ad obruſſam exigemus, qvibus excipiant ſe invicem, differentias penſitaturi. Sunt enim, qvi unius alicujus civitatis & vicorum complurium curam gerunt, & hi Epiſcopi cluunt abſolutè. Sunt & qvi non ſaltim civitati, ſed & toti provinciæ præſunt, & hi audiunt Archi-Epiſcopi, Epiſcopis qvippe abſolutè ſic dictis ſuperiores. Dicuntur Metropolitani à metropoli, ubi ſedes habere ſolent. Qvi qvidem antiqvis temporibus non diſtingvebantur à Patriarchis; deincipe autem legibus cautum fuit, & qvidem eccleſiaſticis, ut Epiſcopi, qvi in matrice civitate habitarent, vocarentur Metropolitani, & ſubordinarentur Patriarchis. Sunt deniqve, qvi non in unam provinciam, ſed multas omninò, nec ſaltim in Epiſcopos, ſed & Metropolitanos poteſtate funguntur, dicunturqve, Patriarchæ, vel juxta Seldenum ο) *τῶν πατέρων ἄρχωντες*, principe ſeu primi Patrum, i. e. Epiſcoporum meritis in Eccleſiam DEI illuſtrium, qvi veteribus

dicebantur Patres, imò Patrum Patres: unde
duæ voces, cùm primis tantùm ſyllabis Pa Pa
ſcriberentur, in uſum tandem invexerunt, ut
Papa eſſet, *π)* & Epiſcopus Pater Patrum audi-
ret, uti auctor eſt Remigius Antiſſiodorenſis de
Miſſa commentans; aut, ſi malis τῆς πατρίας ἄρ-
χωντες, patriæ aut regionis principes. Nempe
poſtqvam grex DEI in diſtinctos cœtus ſuccre-
verat, opus erat variis qvoqve miniſtris, qvi ve-
ram ad ſalutem in cœlis perennantem ovibus
præirent viam, qviqve non ore ſolùm ac verbis,
inanis tintinnabuli ad inſtar, reſonarent, ſed tùm
doctrinâ defecatâ, tùm vitâ inculpabili prælu-
(7) cerent aliis. Qvos inter principem tenebant
locum Epiſcopi, ſpeculatores, ab ἐπισκοπεῖν, ſpe-
culando, inſpiciendo &c. ſic dicti, *ϱ)* locutio-
ne metaphoricâ à re qvidem militari ad ſtatum
eccleſiaſticum accommodata. Uti enim ſpecu-
latores, hoſtes decurſantes obſervant, eorundem
adgreſſum ſigno & voce denunciaturi; *σ)* ita
Epiſcopi, in loco editiore ceu ſpeculâ qvadam,
conſtituti excubias agere, utqve ab Eccleſiis
omnes exularent turbæ, operam navare tene-
bantur. Unde צֹפִים ſpeculantes, ſpeculato-
(8) res audiebant vulgò. *τ)* Et hæc cauſa, cur pru-
dentioribus & literatis, *υ)* annumqve triceſi-
mum jam ſupergreſſis *φ)* ad dignitatis hujus
eminentiam ſolùm patuerit aditus: cur item
(9) difficultatum & moleſtiarum intuitu qvidam
χερσίν τε ποσίν τε tàm arduum munus recuſa-
(10) rint. *χ)* Cùm verò nulla res tàm bona ſit & exi-

mia,

mia, qvin ſuos qvaſi patiatur manes & abuſum; ideò dolemus, qvòd luxus ψ) circa Ottonum tempora, ω) ſeculo poſt Chriſtum natum decimo, infelici ſanè & miſero, αα) ingraveſcens neceſſitatem perſtringendi Epiſcopos, vel nobis nolentibus, injiciat. ββ) Qvi enim anteà fratrum inſtar verſabantur inter ſe; & cum clericis lectiones obibant ſimul, preceſqve ſuas freqventabant, libertatem ſibi poſt, facultatibus adaucti, ſumebant, γγ) Domini titulum adfectare, Vicariis operas ſuas demandare, δδ) eqvis εε) & venationibus vacare ζζ) cum Concubinis habitare, ηη) grandeqve Epiſcopi nomen, Papatu radices agente, diffamare occipiebant.

(II) Accenſendus iisdem de jure venit ingens illud portentum, & ſeculi ſui crimen BENNO, θθ) cujus vitæ ſummam, imitati pictores, in tabella brevi ſuſpendimus. ιι)

## CAP. I.

* * * *

# LEMMATA.

*Recenſetur (1) nativitas Bennonis. (2) ejusdem proſapia.*

QVi verno tempore plantas adſpiciunt, in terram qvidem, unde progerminant, oculos primùm flectunt, mox autem ad floſculos ab-

ripiunt colorum varietate illecti. Nos perinde, dum geſta Bennonis incipimus perſeqvi,
(1) unde, niſi à vitæ auſpicio, exordiamur? Natum igitur accepimus anno ab inſtauratâ per Soſpitatorem ſalute mortalium ſupra milleſimum de-
(2) cimo, haud longè à Goslaria, *PATRE FRIDERICO*, illuſtri Woldenbergenſium Comite, κκ) & *MATRE BEZELA*, λλ) inclutæ familiæ Matronâ.

## Cap. II.

* * * *

# LEMMATA.

(1) *Bennoni indoles nonniſi adſumma proclivis.* (2) *Tota ejus formandæ cura demandatur primùm Bernhardo, Hildeſienſium Epiſcopo, poſt Vigero, Præpoſito.* (3) *Bernhardo fidem in morbo adprobat.* (4) *Ad ſacrorum ſtudium inducitur.* (5) *In Almam Pariſienſem transmigrat.*

INfantiæ limites vix ſupergreſſus naturæ libe-
(1) ralioris non obſcura prodidit indicia, qviqve artium ſtudiis mancipandus videbatur, ad Bern-
(2) hardum, μμ) Hildeſienſem Epiſcopum, adfinitate ſibi innexum, puer qvinqvennis amandatus diſceſſit: qvi & puerulum ita amavit ſemper, ita adjutum ivit ejus ſtudia, νν) uti germanus pater.

me-

melius proſpicere nato haud poſſet. Cum autem haud leviter imbutus eſſet optimarum artium guſtu tantæ ſpei tirunculus, ad Vigerum, monaſterii Præpoſitum, ξξ) luculento teſtimonio viaticatus transmigravit. In cujus ſinu per humaniora *oo*) pueritiam adoleſcentiamq; tranſegit. Sed Poëſi cumprimis immoratus eſt, vel qvia naturæ ductu eò trahebatur, vel qvod dignitas ϖϖ) aut oblectatio invitabat. Solet haut raro præclari ſtemmatis & opum conſcientia animis imponere juvenum, ut vel Muſarum ſtrepitu obſurdeſcentes cupiditatibus ſuis velificentur, ac velut jam ſatis incluti curis ignobiliſſimis ætatem illam exerceant. Longè ſecius Noſter ſentiebat. Nam qvod id unicè ſemper daret operam, ut antiqvum familiæ ſuæ decus propriæ virtutis encomio tueretur ſtrenuè, eſſetqve adeo

- *magnorum haud unqvam indignus avorum;*

tantum aberat, ut indigeret monitoribus, qvi ejus excitarent induſtriam, ut vel ſponte ſua eniteretur ad decurrendum ſpatia, in qvibus veſtigia majorum expreſſa obſervaret. Intereà tem-
(3) poris Bernhardus ex febri deſultoriè laborare cœperat, qvod inaudiens noſter ultrò advolavit, partes ſuas qvà miniſtrando, qvà preces obeundo gnaviter expleturus. Cùm autem à moribundo
(4) ad capeſſendum ſacrorum ſtudium blandis inductus eſſet precibus, literaturæ ſacratiori eâ qvidem contentione animi ac diligentiâ ſe mancipavit, ut nemo inveniretur paulò rerum ſtudioſior,

ſior, cui non ob ſtupendam indolis præſtantiam & amaretur Benno, & fieret magni. Et qvamvis parentis, adfiniumqve inſtantia conatus ejus morari & inhibere viderentur, non tamen migravit propoſitum claritatis deſiderio incenſus, qvin veſtigia Bernhardi conſectari atqve relegere ſuum exiſtimavit. Parente Friderico ex vitâ evocato, ſummotoqve adeò obſtaculo, bonâ matris veniâ id agere cœpit, ut perfectiorem in ſacris ſe redderet indies, ſpemqve matris de ſe conceptam aut ſuperaret aut æqvaret. Qvemadmodum autem inſtitores merces ſuas hinc inde conqvirere, & ſic inſtruere tabernas ſolent; ita & eruditionis comparationem non uni loco ad-
(5) ſtringendum reputavit. Itaqve ex Vigeri ſchola in illuſtrem Pariſiorum Academiam ſua traduxit ſtudia, adeò feliciter, ut brevi poſt ſummo Doctoris nomine & munere dignus haberetur ęę).

## Caput III.

* * * *

# LEMMATA.

(1) *Monachorum ordini accedit.* (2) *Evocatur ad munia Diaconatus & ſacerdotii.* (3) *ſantate fictâ inclareſcit.* (4) *Abbas eligitur, Antiſtes & Canonicus & deniqve Miſnenſis Eccleſiæ Epiſcopus.* (5) *Conſecratur à Magdeburgenſium Archi-Epiſcopo.* (6) *A clero & po-*

*& populo comiter excipitur. (7) Verba facit ac vota pro felici muneris ſucceſſione.*

AQvilæ adſcenſus in ſublime eſt; ſed ſuis opus habet ad evolandum gradibus: ſic Noſter nonniſi minoribus priùs curis exercitus in faſtigium ſummum adſcendit. Anno enim ætatis decimo octavo Hildeſiæ Monachorum or-
(1) dini adgregatus ad alias aliasqve dignitates, ut
(2) Diaconi anno viceſimo qvinto, & ſacerdotis triceſimo, per gradus adſpiravit. His muneribus potitus enunciari non poteſt, qvàm ſimulatè ſanctitati tuendæ litarit. *σσ*) Prætereà, qvod ſacrificulus & funderet lacrumas freqventer, ττ) nubemqve fraudibus objiceret, non magno negotio ad ſe omnium ſtudia atqve ora conver-
(3) tit. Inuſitatum videbatur exortum ſanctitatis lumen qvod Fratres oculis ingeminatis identidem reſpiciebant, dulcisqve adeò inter eos intercedebat contentio, qvi maximè amarent Bennonem, aut admirarentur. Hinc Adelberto fatis functo *υυ*) digniſſimus præter cœteros, Sige-
(4) bertum cumprimis, viſus eſt Noſter, φφ) qvi Abbatis partes expediret. Ex eo tempore honos honorem trahebat, ut vara vibiam. Etenim, cùm non vulgari vitæ ſanctimoniâ inclaruiſſet, χχ) ut major humanâ naturâ, ipſiqve Deo haberetur proximus, templi Goslarienſis ab Henrico III. ad nitorem reſtaurati. Antiſtes & Canonicus ψψ) ac dein, qvi navem Eccleſiarum Miſnenſium, Mein hardo, ceu Palinuro, excuſſo, dirigeret,

(5) Præſul electus eſt. *ωω*] A᾽ Wernero, Magdebur-
genſium Archi-Epiſcopo poſt conſecratus Miſe-
nam ſtatim conceſſit, nefas ratus Epiſcopi gaude-
re titulo, & non gregis commiſſi ſibi devincire
(6) gratiam. Nec ſpe ſuâ excidere ſivit Bennonem
incredibilis & cleri & totius Urbis humanitas.
Habet hoc proprium fortuna magna, æqvè ſe te-
gi patitur; multa ipſam ambit lux, qvæ cis pellit
obſcurum: erumpit facile, & omnium conſpe-
ctui ſeſe exponit. Rari qvippe, ſummiqve
honoris auſpicia facturum Bennonem omnis
ætas & ſexus, & ſtatus omnis ac ordo juſtiſſimæ
gratulationis plauſu excepit, & qvò majores
ſpes qvisqve de novelli Epiſcopi ſibi promitte-
bat adſpectu, hoc conſpicari, hoc venerari eum
propius optavit. Sed ad irritum easdem ceci-
diſſe, ex geſtis mox diſpaleſcet. Sacris autem
tàm ſanctè operari occœpit ſimulator, ut omnes
ad ſe amandum facilè raperet, qvæ res ipſi
non modò laudi ac honori, ſed & præſidio po-
ſteà ſingulari fuit. Novus videbatur Miſenæ
exortus Chryſoſtomus: ita munus ſuum auſpi-
cante Bennone concurſus ex urbe & viciniâ fie-
bant, ut ne pes qvidem relinqveretur præ nimiâ
auditorum freqventiâ, ubi pedem Benno ipſe
(7) ponere poſſet. Ad plebem converſus de Chri-
ſtianæ fidei dignitate & præſtantiâ, de colendo ve-
ro DEO, deqve noviſſimis verba fecit, proqve
felici rerum ſucceſſu vota nuncupavit ac preces,
etiam atqve etiam pollicitus, ſe, qvæcunqve mor-
te Meinhardi ademta eſſent, *ἀυτῷ τῷ μέτρῳ*,
qvin *λώϊον* compenſaturum.

CAP.

## CAPUT IV.

* * * *

# LEMMATA.

(1) *Canendi in templo rationem reſtituit.* (2) *Slavos ab erroribus revocat.* (3) *Incunabula quaſi ſcelerum notantur in Bennone.* (4) *Belli perniciosiſſimi indoles.* (5) *Somnium Annibalis.* (6) *Ejus interpretamentum.* 7) *Adplicatio ad triſtem funeſtamqve Myſorum tempeſtatem.* (8) *Benno inſervit ſcenæ.* (9) *Eccleſiæ excidium minatur & interitum.* (10) *Ab Henrico IV. blandis precibus illecto, incrementum ſtipendiis eccleſiaſticis accedit, à Borro Nobiliore & Bezela.*

(1) Cùm autem rudis adhuc freqventaretur in antiphonariis canendi ratio, unicâ, interdum nullâ lineâ, paucisqve adeò, & indiſcretis notulis circumſcripta, ſingula ſtatim correxit, uſum regulis conformem ex Hildeſienſi Eccleſiâ in Miſnenſem traduxit, ſacriqve cultus adeò inſtru-
(2) mentum reſtituit. Miſenam conceſſerant Slavi, in colendis idolis barbaris, Radigaſto, Svantovito, Zcernebuch &c. *aaa*] Superſtitioſiſſimi ſed Henrici III. auſpiciis ad ſacra Chriſtiana pellecti. Migrarant verò cultus rationem, in avitas ſuperſtitiones relapſi. Unde nihil ſibi prius putavit

tavit

tavit Imperator, qvàm ut à corpore Eccleſiæ ab-
ſciſſos reſtitueret Noſter, qvi perire, per obſtina-
tionem animi, maluerant, qvam cedendo & ob-
(3) ſeqvendo ſervari. Qvibus lucrifaciundis cùm ad-
moviſſet manum, theatrum nactus eſt ingenio
ſuo qvàm convenientiſſimum, vel eò felicius,
qvod bellorum rabies ββ) malam qvamqve li-
(4) bidinem ad probaret. Belli inter alia negotium
eſt raptus inferre, ſceleribusqve nefandis bipa-
(5) tentes aperire fores. Vanum profectò non fuit
aut de nihilo ſomnium, γγγ) qvod ſomniaſſe
apud Livium δδδ) legitur fortiſſimus Pœnorum
Dux, cum Italiâ congreſſurus, Annibal. Vidit
nempe poſt ſe miræ magnitudinis ſerpentem,
cum ingenti arborum ac virgultorum ſtrage,
ferri, ac poſt inſeqvi nimbos & grandines, & pro-
(6) digioſis cum fulminibus horrendum tonitru.
Hinc ſciſcitanti è Genio, εεε) qvi ſe ipſi miſſum
à Jove dicebat in Italiam ducem, qvid prodigii
eſſet, qvod videret, accepiſſe memorant, indi-
cari calamitates belli ac vaſtitatem Italiæ, qvam
illaturus propediem foret. Evidenti planè ima-
gine, qvæ univerſim belli indoles & detrimenta
ſient, perſpicuè heic exprimi; id verò nec bardi
& bambaliones ζζζ) iguorant, ut qvi de hoc du-
bitet, eum haud injuria ἅπτειν τὸν λύχνον ἐν με-
(7) σημβρίᾳ jubeamus. Inſtar ſerpentis longè la-
teqve perreptarat Myſorum fines belli furor, non
virgultis ſolùm & arboribus, ſed integris po-
pulis cladem illaturus & exilium. Etenim non
ſuffecerat funeſtâ illâ tempeſtate Myſis ann. 978.
à Bohe-

à Bohemis *ηηη*) furto, [ prout Braſidas apud Thucydidem non inconcinniter ſtratagemata vocat ] *θθθ*) rabiem exercuiſſe: ad ingenium ann. 1010. & ſubſeqventibus pluribus redibat, per Sarmatas, Vandalos & Bohemos inſimul ma-
(8) ligno halitu omnia infecturus. *ιιι*] In triſti hâc & capitali penè plaga, qvæ univerſam morum luem invexerat, Noſter nihil ad ſe pertinere magis putavit, qvàm ut omnia ad ſuam referret utilitatem. *κκκ*] Cumqve benignioris naturæ indultu facundiâ polleret, plebem auribus ſuſpenſam, ad inſtar Herculis Ogmii, in ſuas non difficulter ille-
(8) xit partes. Hinc ad interitum non tàm vergere Eccleſiæ res, qvàm ruere occipiebant, & videbatur fatum ultimum non exſpectari, ſed apertiſſimè laceſſi. Ut verò fraudes ſub pietatis auguſto nomine arreperent vulgi mentibus, Hen-
(10) rici IV. Imperatoris vindicias blandis precibus imploravit. *λλλ*] tot procellis qvaſſatam Eccleſiæ navem reſtitueret, acceſſionemq; ſtipendii propediem faceret, ſi ſuam religioni conſtare cuperet autoritatem. Qvibus precibus inductus Imperator non ſolùm prædia qvædam Eccleſi Miſnenſi conceſſit, ſed & velut Deus tutelaris, qvæ erant ademta, ſingulari bonitatis exemplo, reſtituit, æmulatus illum adeò, cui vicariam operam Reges præſtant, qvi omnia omnibus dat, non qvod merentur omnes, ſed qvod indigent. Cujus & veſtigia poſt legit Borrus, ex ordine eqveſtri oriundus, qvi haud tantùm in Bennonem bonitatis ſuæ diſpenſavit munera, ſed & diſperſit in Ecc-

cle-

cleſiam, ut ſine difficultate tuendæ illi & conſervandæ ſumtus ſuppeteret. Qvâ profusâ liberalitate efficaciſſimè invitata Bezela Eccleſiæ, qvicqvid ex dotalitis, paraphernalibus & aliis qvibuscunqve bonis relinqveret, teſtamento legavit.

## Caput. V.

* * * *

# LEMMATA.

*(1) Incidit bellum Saxonicum. (2) Benno in exilium mittitur. (3) Burcardus Miſenæ præfectus conſtituitur. (4) Dubiæ Eccleſiæ vices. (5) Benno liberatnr. (6) Miſenam repetit. (7) Acerrimæ inter Henricum IV. & Gregor. VII. contentiones. (8) Benno ad comitia Romæ indicta excurrit. (9) Templi claves committit fratribus cum monito. (10.) Recedit Miſenam. (11) In tabernam meritoriam divertit. (12) Legenda de clavibus in piſce repertis. (13.) Benno excipitur.*

(1) INtereà turbas dederant Saxones, qvas cùm ulciſceretur Henricus ac vindicaret, Benno, vel qvòd ex illuſtri Saxonum ſangvine ſatus
(2) eſſet, fortunis dejectus, ſedibusqve expulſus μμμ] exi-

exilium cum aliis, υυυ] dubia ſpe ſalutis, ſubiit.
Diem obierat paulò antè Dedo Marchio, ſuper-
ſtite filiolo Henrico; qvem Imperator obſidem
(3) ſecum abduxerat, in aulâ ſuâ formandum, Bur-
cardum verò, usqve donec adoleſceret Henricus,
Miſenæ præfectum conſtituerat. Burcardus
uti erat prophanus religionis, ſic & non offuſca-
re ſolùm eandem occœpit inducto ſqvalore, ſed
(4) & triſtia circum ejaculari fulmina, qvibus planè
penitus conflagrarant bona tàm largiter conceſ-
ſa. Interveniente poſt inter Henricum IV. &
Gregor. VII. diſſidio ξξξ] Noſter tot callidita-
(4) tis machinis illud ſervitutis jugum feliciter ex-
(5) cuſſit, οοο] dignitatiqve ſuæ reſtitutus πππ] Mi-
(6) ſenam advolavit, ſed indignante Burcardo & in-
ſultante undiqve. Ut indoleſcendum præſenti-
bus vehementer erat, ſic in futurum nil niſi tri-
ſte ac durum ominari licebat. Inter hos tantos
rerum tumores & ancipitia qvanta hinc iterum
Eccleſiam afflixerit clades, qvantusqve corda-
tiores inprimis oppreſſerit dolor, ac tantum non
confuderit, qvis intranſcurſu tàm artati ope-
(7) ris exprimere audeat? Edicto ρρρ] caverat Hil-
debrandus, vel rectius Hœllebrandus, *omnium,*
*qvi unqvam fuerunt, Pontificum ſceleratiſſimus,*
Gregorius VII. dictus, σσσ] ne diſtribui Epiſco-
patus ab Imperatore paterentur Germaniæ Præ-
ſules, neqve ab ipſo ſui confirmationem peterent
inpoſterum, eò qvod tàm grande Epiſcopi mu-
nus imperitioribus, minusqve idoneis conferret.
Totum negotium ordinandi res ſacras & emu-
niendi

niendi non Imperatori, ſed Romano incumbe-
re Pontifici. Votis Epiſcoporum reſpondebat
ex aſſe, qvicqvid induxerat. Pontifex, ſpeqve
libertatis & potentiæ majoris erecti currenti cal-
car admovebant. Cùm autem ſciſsâ Dei Eccle-
ſiâ luctuoſum cum maximè immineret fatum,
Hildebrandus concilium τττ] indixit Romæ ad-
qve illud Henricum per Legatos vocavit, ut &
nefas in vendendis dignitatibus eccleſiaſticis ad-
miſſum dilueret, & pœnitentiâ, ſi ſupereſſet for-
ſean, ſcelerum improbitates expiaret. Qvod
inaudientes Germaniæ & Galliarum Epiſcopi ne
fortè in ſe communis cum Imperatore graſſare-
tur tempeſtas adeò, concordi votorum ambitu
deliberare ſolicitè cœperunt, nuncioqve turba-
tum Henricum adverſus fortunæ iniqvitatem
ſpe meliorum obfirmarunt, ſe optima qvæqve
augurari; irritum fore concilium, neqve paren-
dum ei, qvi monarchiam abſolutam in ſecula-
ribus, qvod multo hactenus profuſo ſangvine
inhibuiſſent Imperatores, adfectaret. Henricus
igitur eorum conſiliis deceptus ante ſtatutum
Concilii diem omnes Epiſcopos, Abbates & Præ-
latos invitavit Wormatiam, negotium pertra-
ctaturus, qvomodo Hildebrando odium in ſe
(8) capitale exercenti Pontificatum abrogaret. No-
ſter tàm Pontifici, qvam Imperatori vinculo ad-
ſtrictus abiit Romam υυυ] fulmen excommuni-
(9) cationis in Henricum confabricaturus. Commi-
ſit autem claves templi Miſnenſis duobus fratri-
bus, Canonicis & Decano, ſingulos cohortatus,

ut

ut ſi qvando fulmen in Imperatorem recideret, oſtiis ſolicitiſſimè obſeratis, in Albin. φφφ] easdem dejicerent, inqve partes Henrici tranſituros templi ingreſſu arcerent. Cujus juſſui, ſimul ac Henricum, *qvô tamen nullus Principum à temporibus Alexandri Magni & Julii Cæſaris extiterat fortior* χχχ] axiomate ſuo ſpoliatum audierant, paruerunt illicò, adfectu & pietate
10) in Præſulem abſentem illecti. Benno interea multis cimeliis, ſanctorumqve reliqviis adauctus à Pontifice Miſenam recesſit. Ibi ut la-
11) teret ad tempus, & impunè magis licentioſiusqve ageret, in tabernam divertit meritoriam. Men-
12) ſam cibo parabili extruit caupo, piſcemqve epulis deſtinatum diſſecat, ſed cujus viſcera reſtituunt præter ſpem omnem & opinionem claves juſſu Bennonis in fluvium projectas. Auditum admiſſi riſum teneatis amici. Tegi haud poterat, qvin eruperit in rumorem, qvô & perculſi Canonici in diverſorium convolant Præſu-
13) lem ex itinere adeò difficili reverſum non ſine ſolemniori gratulatione excepturi.

## CAP. VI.

* * * *

# LEMMATA.

1) *Bennonis magia firmatur exemplo luculento, qvando tranſiit ſicco pede per Albim.*

*z) Teſtis vel ipſemet locupletiſſimus ad Ruſticum inſeqventem. 3) Diſparet in cella. 4) Diaconus in imitando eluſus. 5) Veſtigiorum notatur integritas. 6) Tugurii ab incendiis vindicatio.*

FUiſſe autem Bennonem rerum magicarum callentiſſimum, vel unum è multis convincit
1) B. Luthero qvoqve notatum ψψψ]: Luſtrarat qvondam villas, ſerò de domuitione ſolicitus. Cùm verò in iſta temporis penuriâ iter per portam ſe remenſurum diffideret, ad Albim deflexit illicò, crucisqve ſigno ſe tuitus ſicco pede tranſire fluvium occœpit. ωωω]. Qvod conſpicatus ruſticus qvidam eminuli veſtigia legit, cumqve
2) plauſtro fœnis referto incolumis transvexit. Cujus temeritatem graviter increpitavit Benno, peſſima qvæqve minitatus, ſi qvæ accidiſſent, eô vivente foràs ferret & evulgaret. Rationes qvippe ſubducere poterat ex facili, ſe auſis ejusmodi famæ periculum haud leve aditurum. Habuit Noſter villam in pago Naumburg, ad extremos diœceſeos ſuæ fines, ibiqve ædiculam in honorem B. Virginis, omniumqve Indigetum conſecravit, multis reliqviis & indulgentiis dotatam, cellamqve admodum humilem, ut cum
3) Diacono intra velum ageret. Diſparuit verò ſæpius præſente Diacono, & advolavit illicò in templum Miſnenſe functiones ſuas maturabundus, ſacrisqve confectis ad conſvetam prandii horam rediit. Captus aliqvando rei inſolentiâ Dia-

4) Diaconus abeuntem manè Bennonem diligentiſſimè obſervat, moxqve inſecutus præter pauciora in pruinâ recenti veſtigia nil invenit indiciorum, ſed ſtatim velut turbine arreptus in templo Miſnenſi poſt tergum Bennonis conſtitit. Altero verò die reducem (erat enim diſtantia loci 24000. paſſuum) objurgitavit graviter, malorum imprecatus iliadem, ſi qvid eorum
5) propalaret αααα] Veſtigia pedum duobus in pagis, in qvorum altero profligatus à Marchione delituit, in altero verò Vandalos à denſioribus errorum tenebris vindicatos luci reſtituit, adhuc integra infixiſſe, iſtudqve tugurium funda-
6) mento non ita altè ſitum, tectoqve ſtramineo vetuſtiori onuſtum, in qvo fuerat penes Vandalos, omni vitio, qvin & ignium violentiâ, cùm tamen ædes vicini ſæpiùs in cineres conſederint, immune præſtitiſſe jactitant. Et hinc inde, qvid de ejus miraculis ſit ſtatuendum, Solis meridiani jubare clarius diſpaleſcit. ββββ]

## Caput VII.

* * * *

# LEMMATA.

*1) Miraculorum à Bennone editorum diviſio in ficta X. ludicra. 2) Ludioris adjudicatur ſilentium ranis injunctum. 3) Fictis, qvando pedo paſtorali è terra fontem prolexit.*

*lexit 4) item qvando aqvam in vinum commutavit. 5.) Subjiciuntur ſingula ſub finem notularum. 6) Chemnitius lauda- 7) Lutherus citatur.*

ECqvis autem his omnibus recenſendis ſufficiat? Faciamus ergò, qvod numerorum magiſtri ſolent, cuncta in caput unum conſtri-
1) cturi, ituriqve per ſummas. Sunt autem vel
2) ficta vel ludicra. Accenſeri poſſunt ludicris, qvæ de ſilentio ranis impoſito circumferuntur. Precabatur qvondam ruri Benno, ſalutem ſuorum DEO commendaturus. Cùm verò *ranæ veterem in limo*, ut cum Poëta loqvar, *canerent, qverelam*, ejusqve devotionem interturbarent, altum iis imperavit ſilentium. Mox reputans ſecum, omnigenum animantium genus à Pſalmographo regio ad laudes DEI provocari, noluit earum diutius ſuſpendere qverelas, ſed, ut identidem clamando contenderent, edixit, ranæqve ſtatim recoaxare, precibusqve Bennonis admodulari cœperunt. Fictorum notam incurrunt, qvæ nec malè conſulti diſſimulant Pontificis alumni γγγγ]. Cùm multitudinem Slavorum hinc inde confluentium Miſena non caperet, delegit Noſter locum concionibus habendis idoneum, vallem ſcilicet apricis ſaltibus illuſtrem, milleqve ab urbe paſſibus diſtantem. Qvo-
3) dam verò die populi ex ſiti longvorem reputans baculo percuſſit terram, ex qvâ ſubitò fons proſiluit tot hominum ſiti reſtingvendæ adprimè oppor-

opportunus: qvi & hodienum fons ſacer audit δδδδ]. Alio die ad operarios in prato exierat
4) Noſter. Viderat verò labore penè fractos: qvorum ut vitalia ſiti exhauſta vigore novo animaret ac ſpiritu, aqvam, ſigno crucis edito, commutavit in vinum. Qvæ nugæ ut eò ſient te-
5) ſtatiores, vel Syllabo Monachii impreſſo, notulisqve noſtris ſubjecto, exeqvi non ſunt veriti, tot figmentis & ineptiis referto, ut jure merito
6) cum Chemnitio, εεεε] (Theologo poſt Lutherum laborioſiſſimo, exclamare liceat, *nihil unqvam tàm notoriè falſum, nihil tàm flagitioſè impudens in Pontificiâ Eccleſiâ vel per ſomnium excogitatum eſſe, qvod cenſura ipſorum non auſit adprobare palam, & majori impudentiâ defendere.* Egregiè hanc in rem Megalander:
7) ξξξξ] Es ſtehet/ daß ſie/ (die falſchen Propheten) werden groſſe Zeichen und Wunder thun/ und werden dennoch falſche Chriſti und falſche Propheten ſeyn. Solches iſt im Pabſthum auch reichlich erfüllet. Zur Eichen/ zum Grimmenthal/ und anderswo ſind ſo viel Wunderzeichen geſchehen/ daß die Kirchen voll Krücken und Wachs gehangen ſind. Ja/ ich will dir wohl mehr ſagen/ des Pabſts Lehre iſt mit ſo vielen und groſſen Wunderzeichen beſtätiget/ daß es nicht wohl zuſagen iſt. In Heſſen iſt ein Kind durch ein Mühlrad kommen/ und jämmerlich zu radebrecht worden/ und iſt alſo tod in Waſſer gelegen drey Tage lang. Als man nun daſſelbe hat aus den Waſſer gezogen/ hat mans zu St. Annen

nen gelobet/ da iſts wieder geſund worden. Solcher Zeichen ſind viel Bücher voll / da ſind die Leute häuffig hingangen/ und haben der Lügen geglaubet. Wie/ haben ſie geſagt / ſolte ich nicht gläuben? ſehe ich doch vor meinen Augen / daß *S. Baſtian, S. Benno &c.* dieſen und jenen Krancken/ der ſich dahin gelobet / geholffen hat. Solches ſagt CHriſtus zuvor / auff daß man drauff mercke/ wenns geſchicht. ::: Wenn ich ietzt ſehe/ daß ein Pfaff oder Münch einen Toden aufferwecket in *S. Annen* (*S. Bennonis*) Nahmen/ ſo wolte ich doch ſagen / es wäre durch den Teufel geſchehen. ::: Das iſt eine kräfftige Verführung geweſen/ von GOtt verhängt zur Straffe der Undanckbarkeit/ daß die Leute GOttes Wort gehabt haben/ und haben dennoch die Warheit nicht angenommen/ darum haben ſie ſolcher Lügen müſſen glauben.

## Caput. IIX.

****

# LEMMATA.

*1) De ſede Bennonis non penes omnes conſtat. 2) Stolpenæ etymon rejectitium. 3) Cur? 4) Nec habitavit ibi Benno. 5) Erravit & circa Leiſnicium. 6) Stolpenæ etymon eruitur genuinum. 7) Citatur teſtimonium. 8) Illuſtratur. 9) Voiglandia unde*

*unde dicatur? 10) Auguſtoburgum unde? 11) A qvibus inditum fuerit Stolpenæ nomen?*

1) UBinam fixam habuerit ſedem Noſter, num Miſenæ, an Stolpenæ in confiniis Miſniæ Orientalibus, diſceptant eruditiores. Qvi pro Stolpenâ pronunciant, rationem arceſſunt ex grammaticis, ηηηη] ſcribentes Stulbennum, qva-
2) ſi Stul-Bennonis. Sed à veritatis tramite aberrant longiſſimè. Qvæ enim oppidis & caſtellis imponuntur nomina, fortuita qvandoqve, ple-
3) rumqve arbitraria ſunt: Stolpenam autem â Bennonis ſede nomen Conſilio θθθθ] ſortitam, cur lon gè petitis comprobatum eant documentis,
4) non eſt. Et enim vel ſemeſtri ſaltim ſpatio Bennonem in caſtello ſtolpenſi habitaſſe, nec veſtigium adparet ullibi: pro Miſena potius invictis militant argumentis accuratiores. Accedit, qvod
5) Noſter circa Leiſnicium ad Muldam, patriam mihi dulciſſimam, errarit haud ſemel. Unde ruſtici ſimpliciores in diſtrictu Leiſnicenſi qvondam terram multæ Cereris feracem intuiti hoc freqventarunt diverbium: Hier iſt Biſchoff Benno gegangen. Rati, uti ex campanâ à Bennone conſecratâ ad agros finitimos, lætius ſolis lumen; ſic ex pedibus ιιιι] ſancti Præſulis ad ſuos redunda-
6) re fertilitatem. Voculam Stolpen qvod attinet, familiæ cujusdam nobilioris olim fuiſſe no-
7) men, non eſt cur ambigamus. Docuit nos olim Fautor & Amicus ſincerè colendus, κκκκ] ſe vi-

diſſe literas tineis fermè exeſas, qvas ad ſenatum Epiſcopolitanum, currente ſeculo XII, dederit ejus loci Dynaſtes, Jo. à Stolpen. Fuit is aut Nobilior, aut Baro qvidam, idqve nomen filiis, eorumqve poſteris omnibus ſolemne cœpit & proprium. Unde haud abſonum à vero, prius caſtellum, (utpote Dominorum à Stolpen propriam ſedem) poſt oppidulum Dynaſtarum no-
8) mine fuiſſe inſignitum. Illuſtrari poteſt exemplo Ruthonum [illegible] ], qvi à rerum Ruſſicarum ſaltim ad tempus adminiſtratione Ruthonum contraxerunt nomen, & qvod Illuſtriſſimi Comites officio Sacri Rom. Imperii Advocatorum,
9) qvos germanicè Voigte vocant, fungebantur, terris pòſt-ſuis adaptari cœpit officii nomen, ut
10) idiomate vernaculo das Voigtland diceretur. Qvod ſi Auguſtoburgum à fundatore D. Electore Auguſto nomen accepit; qvid impedit,
11) qvò minus DNNOS â Stolpen oppidulo ſuo indidiſſe nomen ſtatuamus?

## Caput IX.

* * * *

# LEMMATA.

1) *Obitus Bennonis.* 2) *Ejus vaticinium irritum de cultu Eccleſiæ Miſnenſis non temerando.* 3) *qvo anno obierit?* 5) *Sepultura.*

Evecti

EVecti per vitam ſumus huc usqve. Ad ultima nunc ferimur, qvæ & ipſa notaſſe juvabit, ſicut enim fluminum non capita tantum decurſusqve, ſed exitus qvoqve inqvirimus; ita Bennonis non ortum ſolum & geſta, ſed & obitum, meritò percenſemus.
1) Fatum itaqve ſuum non dubiâ indiciorum fide inſtare ſentiens Noſter Canonicis in unum convocatis prolixè rerum ſtatum expoſuit, & ſacroſancto Chriſti corpore, tanqvam viatico, inſtruere animum in diſceſſum laboravit. Dum vox aderat, miſtis ſuſpiriis identidem iteravit injurias ab Henrico, Burcardo & Marchione ſibi illatas, omnibusqve &
2) audientibus ultimum Vale acclamavit, ambitioſè crepans, *precibus ſcilicet ſuis effectum eſſe, ut cultus Eccleſiæ Miſnenſis perpetuus ſit futurus.* Iſte autem tunc ordo, ut nullum diei aut noctis tempus cantu vacaret ac hymnis, ſervabatur. μμμμ] *Horâ meridiana duodecima (ſecundum minorem computum) pueri Scholaſtici minores præcinebant vigilias,* i. e. *preces pro defunctis: hos ſeqvebantur illicò octo Principum capellani dicti, canebantqve easdem vigilias, veſperas & completorium usqve ad horam ſecundam: ſuccedebant Canonici & univerſus Clerus, vigilias (ubi dies poſtulabat) & penſum legitimum, veſperas & completorinm abſolventes; hinc grabati, ſic dicti, qvia ad grabatum ſive ſepulcrum Principum conſidebant, vigilias, veſperas & completorium decantabant, & alternis diebus de paſſione Chriſti & compaſſione Virginis matris, tertio qvoqve die hi-*

*ſtoriam tranſfigurationis Chriſti. His ſuperveniebant Octaviani, ab octava hora noctis, quâ cancere incipiebant, nomen habentes: pſallebant autem ad mediam usqve noctem. Excipiebat hos chorus major, matutinas canens: alii inde grabati horas perſeqvebantur, ubi veſperi deſierant; redibant Principum Capellani, matutinas horas magnæ Deæ pſallentes, & primam de ea Miſſa, alteram pro mortuis celebrantes, cantillabant autem ad hanc minores pueri. Illuceſcente die primæ & reliqvæ horæ, uti moris eſt, peragebantur. Seqvebantur duæ aut tres Miſſæ, corpori Chriſti, cruci & Diis tutelaribus ſive Patronis deſtinatæ, dein ſummum ſacrificium peragebatur: reliqvum ad meridiem usqve tempus Pſalmis deſtinabatur.* Cujus verba qvam irrita fuerint & vana, nec hodierna Eccleſiæ Miſenenſis facies improbat. Obiit autem Benno Miſenæ XVI.
3) Cal. Jul. ann. poſt Chriſtum natum 1106. vvvv ]
4) cùm annos 96. vivendo feciſſet, ejusqve poſt
5) exuviæ ſolemnioribus exeqviarum cerimoniis compoſitæ ſunt in templo Miſenenſi ξξξξ ].

## CAPUT. X.

* * * *

# LEMMATA.

1) *Mortuus vivum occidit teſte Suida..2.)*

2) *Benno poſt obitum turbas dare non deſinit*

*ſinit. 3) Gvilielmum Marchionem face excæcat. 4) Henricum Marchionem injecto terrore exanimat.*

1) REfert Suidas, oooo ] qvod mortuus vivum occiderit. *Niconi*, infit, *pugili, qvi mille qvadringentas coronas variis certaminibus obtinuit, nobilis ſtatua fuit dedicata. Hanc Niconis æmulus invido vultu contuitus etiam verberare occœpit, perinde ſi Niconem ipſum plagis expoſitum feriret. Moles autem vi verberum loco ſuo mota in adverſarium corruit, miſerumqve eneca-*
2) *vit.* De Bennone qvid dicamus? Sanè profectò uti vivus non unum admiſerat flagitium; ita nec poſt fata turbas dare dememinit. Marchio Miſenenſis, Gulielmus, qvæ conceſſerat Præſulatui Henricus Imperator beneficia, complura ſibi vendicarat, de rationibus reddendis planè penitus ſecurus. Ne ergò fatis functus ſuo deeſſet
3) officio Noſter, Gvilielmum compellat contentiſſime, reſtitueret ſingula, qvodqve immineret malum, ſeriò deprecaretur. Juſſis autem parum morigerum ſecundâ vice adgreſſus funali oculo plectit πωπω] Marchio Miſenenſ. & Luſat. Henricus ann. 1105. Bennoni vivo infregerat colaphum; qvam ut poſt mortem ulciſce-
4) retur injuriam, Henrico deambulanti accenſus Furiis occurrit, graviter frendens & baculum vibrans. In qvo diſcrimine conſtituto Henrico qvanta trepidandi obvenerint nomina, vel, mors inſecuta haud obſcure edocuit. ęęęę ] O ſcelus!

ſcelus! O nefas! qvis hæc in ſancto, cœlitibusqve adſociato ferat?

## CAPUT. XI.

* * * *

# LEMMATA.

1) *Notantur Papæorum fraudes.* 2) *Ad ſacellum Bennonis inſignis hominum multitudo confluit.* 3) *Canonici Miſenenſes Martini Abbatis literas ad Pontificem ambiunt.*

EAnt nunc ergò Papæi, perfricent frontes, ſi qvas habent, & dicant, nullis uſum fuiſſe præ-
1) ſtigiis Bennonem. Qvicqvid verò ejus ſit, nondum fraudium finis eſt, aut offuciarum modus. Et ſanè, cui vel integrioris mentis reſtat ſemiuncia, qvid rerum moliantur ſutelarum architecti, advertat neceſſum eſt & cognoſcat. Confluxe-
2) rant ad ſacellum Bennonis ejusqve mauſoleum, non ſolum ex Miſnia, Saxonia, Thuringia, aliisqve finitimis provinciis, ſed ex diverſis mundi plagis homines ſimpliciores,

*- - - non denſior aëre grando,*

*Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis*

*σσσσ* ] qvorum qvidam è variis langvoribus, *ττττ* ] plerique è gravibus periculis *υυυυ*] convaluerant, nonnulli vitâ jam functi reſpirare

cœ-

cœperant; qvare Canonici Ingenuæ Miſenen-
3) ſis φφφφ⌋ & nunciis & literis Martinum, Veteris Cellæ χχχχ] Abbatem interpellarunt, ut pro Bennonis canoniſatione ad Papam Alexandr. VI. totumqve Cardinalium Senatum literas exararet ſupplices. ψψψψ]

## CAPUT. XII.

* * * *

# LEMMATA.

1) *Abbas Martinus Bennonis canoniſationem petit à Papa 2). Cardinalium Synedrio, qvicqvid eſt negotii, commendat.*

Scripſit autem Abbas Martinus hunc in modum:

*SAnctiſſimo ac Beatiſſimo in Chriſto Patri ac Domî*
9) *no, Domino Alexandro, divinâ providentiâ Sacro-Sanctæ Romanæ ac univerſæ Eccleſiæ Summo Pontifici, Domino meo clementiſſimo, ejusdem Sanctitati venerandæ*

*ætatem devotus*

*Martinus Abbas Cellæ Veteris,*

*Beatiſſime Pater, omnimodam humillimamqve ſubjectionem ac beatorum pedum oſcula qvam devota. Sanctiſſime Pater, Non dubito, Sanctitatis Veſtræ aures famam advolaſſe jam dudum, qvomodo Divus, ac omni ævo Reverendus Pater,*

*Benno,*

Benno, qvondam, dum vixit, Miſnenſis Eccleſiæ Epiſcopus unicâ virtutum fragrantiâ, vitæ caſtimoniâ atqve ſanctitate præſtiterit, non minoribus etiam poſt mortem, qvàm dum adhuc vitam ageret, & prodigiis inclaruerit & miraculis. Cernitur enim, in dies, in horas atqve momenta, freqvens concurſus ad ſacellum ejusqve mauſoleum. Nec ſolum ex Miſnia, Thuringia, Saxonia & aliis finitimis provinciis, ſed ex diverſis mundi partibus homines illinc confluunt vota offerentes: qvibus & Sacratiſſimus Pater per ſigna & prodigia gratioſè attendit, usqve eò, ut haud injuriâ illud ſacri eloqvii eidem adaptari poſſit: Per manus ejus fiebant ſigna & prodigia magna in populo. Qvæ cum reputarent ſecum Illuſtriſſimi Principes & Domini, Albertus & Georgius Duces Saxoniæ, Landgravii Thuringiæ & Marchiones Miſniæ, nec non prædictæ cathedralis Eccleſiæ religioſiſſimus Antiſtes, & reliqvi Canonici, ſuperioribus diebus, uti accepi, nuncios & Oratores ſuos ad Sanctitatem Veſtram, toturaqve Cardinalium cœtum miſerunt, ut pro præfati Bennonis canoniſatione ob vitæ ſanctitatem atqve miraculorum varietatem enixiſſimè laborarent. Veruntamen negotium iſtud hactenus difficilè ſucceſſit. Sperant tamen Illuſtriſſimi Principes & Domini, Epiſcopus & Canonici longè faciliorem fieri expeditionem, modò ab aliis Principibus & Sacri Romani Imperii Statibus diverſis ad Veſtram Sanctitatem & SacroSanctum Cardinalium Collegium ſupplices darentur literæ. Mearum proinde partium eſſe duxi,

*duxi, Sanctitatis Veſtræ clementiam implorare humillimè, velit Sanctitas Veſtra negotium iſtud tàm arduum benignè ſuſcipere, & prædictorum Principum, Epiſcopi & Canonicorum, imò multorum vota ac preces pro ſolita atqve genuina Sanctitatis Veſtræ clementiâ tandem exaudire, officiiqve majeſtatem certis Prælatis in horum Principum Ducatu pro vitæ ſanctioris, miraculorumqve inſignium examine Divi Bennonis Epiſcopi gratioſè committere, de iisdem, qvantum Sanctitati Veſtræ viſum fuerit, cognoſcere, dictumqve Patrem Bennonem in catalogum turmamqve Sanctorum collocare. Uti enim hoc omne vergit in DEI O. M. laudem & gloriam, Eccleſiæqve gratiam; ità vota fidelium adaugebit, meqve ad preces pro fauſto ac felici Sanctitatis Veſtræ ſtatu atqve regimine fundendas excitabit apud Deum, qvi Sanctitatem Veſtram felicem longeqve ſuperſtitem Eccleſiæ ſuæ conſervet. Datum ex Monaſterio Cellæ veteris XX. Septembris nonageſimo Octavo.*

Ad Cardinalium Collegium idem Cellenſis hæc ſcripſit:

## Reverendisſimi in Chriſto Patres & Domini colendisſimi.

2) P*oſt devotarum precum freqventiam ſui humilem ſubjectionem.*

*Reverendiſſimi Patres. Qvomdo reverendus*

Pa-

*Pater Benno, qvondam dum vixit, Miſnenſis Ecclesiæ Antiſtes mirâ vitæ ſanctitate præſtiterit, qvantumqve & ſignis & miraculis, non tàm in vita, qvàm poſt mortem, clauerit, famâ crebreſcente jam dudum Reverendiſſimas Veſtras Paternitates ſatis ſuperqve didiciſſe credo. Et eâ qvidem tempeſtate præcipuum illud, qvod nuper Illuſtriſſimi Principes & Domini, Albertus & Georgius Duces Saxoniæ, & Reverendus Pater Miſnenſis Eccleſiæ Epiſcopus, & Canonci caniſationem ſcilicet D. Patris Bennonis apud Sanctiſſimum Dominum noſtrum, ejusqve ſanctam & Apoſtolicam ſedem per Oratores ambierunt: laborantes qvàm diligenter pro examine miraculorum, vitæqve ſanctioris D. Bennonis; cùm reverà longis jam retrò annis, imò noſtra qvidam ætate & indies multa in Patre Bennone omnipotens ſigna & miracula oſtenderit, qvæ ſingula, dummodo negotium illud ad eruendam veritatem committeretur, Veſtræ Paternitates Reverendiſſimæ plenius, veritate ſuffragente, intelligent. Qvâ de re etiam ad Sanctiſſimum Dominum noſtrum literas exaravi, qvàm humillimè rogando, velit examen ſingulorum adminiſtrare, remqve conficere per Legatos. Qvod indubiè Sanctitas ſua tantò admittet faciliùs, quantò animoſius Reverendiſſimæ Veſtræ Paternitates apud Sanctitatem ſuam pro D. Bennone vires periclitatæ fuerint. Illuſtriſſimi Principes ac Domini, Epiſcopus & Canonici de Reverendiſſimarum Paternitatum Veſtrarum benivolentiâ hac in re ſibi præclara qvæqve atqve exi-*

*mia*

*mia pollicentur. Qvare non tantùm rogo, ſed & obſecro, velint Veſtræ Reverendiſſimæ Paternitates negotium iſtud tàm ſanctum gratioſè in ſe recipere, & apud Sanctiſſimum Dominum noſtrum Divi Patris Bennonis merita etiam atqve commendare, ut, qvæ præfatorum Dominorum & Principum, Epiſcopi, Canonicorum aliorumqve multorum longo jam tempore tot conceptæ preces, tot aſſiduè fuſa fuerunt Suſpiria, Veſtrâ tandem proviſione obtineant. Vergit namq; hoc ipſum in Dei laudem, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ honorem, Sanctorumqve augmentum. Intereà DEUS Reverendiſſimas Paternitates Veſtras qvàm feliciſſimè rebus humanis intereſſe, & orthodoxæ religionis defenſioni diutiſſimè præeſſe jubeat. Datum &c.*

Reverendiſſimis in Chriſto Patribus ac Dominis, Dominis Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, Dominis meis colendiſſimis.

*R. P. V.*

humillimus ac devotus

Martinus, Cellæ Veteris Abbas.

## CAPUT. XIII.

* * * *

# LEMMATA.

1) *Decanus & Canonici reſcriptum Papæ ad Martinum Abbatem curant, negotiiq́ commiſsionem in cauſa Bennonis Cizæ ſubeundam efflagitant. 2) Martini reſponſio. 3) Canonici reſcripti præſentationem contendunt. 4) Ipſum reſcriptum exprimitur. 5) Teſtes citantur. 6) Citatio ſubſcribitur.*

1) ANno nonageſimo nono Decanus & Canonici ad Martinum ſubſeqventes dederunt literas.

EHrwürdiger in GOtt/ günſtiger lieber Herr und Vater. Unſere willige Dienſte E. Ehrw. zuvor.

Ehrwürdiger Herr.

Wir geben Eu. Ehrw. hiermit zu erkennen/ daß wir von unſerm heiligſten Vater dem Pabſte/ im Geſchäffte den werthen Vater Biſchoff Bennen belangende/ mit einer Commiſſion an unſern gnädigen Herrn von Naumburg/ an Eu. Ehrw. und an un-

ſern

ſern Herrn von Bucha gefertiget gnädiglich verſehen ſeyn. Deſſen wir hertzlich erfreuet gedencken ſämtlich/ ſolche/ wie ſich gebühren will/ durch etliche unſerer Herren und Mitbrüder darzu verordnet/fürzutragen. Demnach ſo iſt unſere gar gütliche fleißige Bitte/ Eu. Ehrw. wollen GOtte zu Lobe/zu Mehrung ſeiner lieben Heiligen/ unſerer Kirchen und uns zu Ehren/ geſchickt ſeyn Mitwochs uff den Abend nach Viti zu Zeitz einzukommen/Donnerſtags darnach uff den Morgen bey unſern gnädigſten Herrn von Naumburg mit unſerm Herrn von Bucha/ dem wir auch dermaſſen ſchreiben/ zu erſcheinen/ obgemeldete Päbſt. Commiſſion daſelbſt/ wenn alle verſammlet/ von unſern darzu geſchickten zur ſelben Zeit uffzunehmen/ und nach Inhalt derſelben zu verfahren/ damit fort und fort obgenandtes unſern werthen Patrons Bennonis canoniſation ſtattliche Förderung erwachſen möge. Itzo gethaner Mühe und Arbeit halber wolten Eu. Ehrw. nicht Beſchwerung nehmen noch auſſen bleiben/ und den Lohn von GOtt und ſeinen lieben Heiligen darumb nehmen. Itzo ſind wirs auch umb Eu. Ehrw. alß umb unſern beſondern Herrn und Vater allezeit willig

zu verdienen/ und bitten umb Eurer Ehrw. Antwort. Gegeben zu Meiſſen/ Sonnabends nach Bonifacii, ann. Domini XCIX.

Dechant/ Senior und gantze Capitul des Thum-Stiffts zu Meiſſen.

Dem Ehrwürdigen in GOtt/ Herrn Martinen/ Apte zur alten Zelle. Unſern günſtigen lieben Herrn und Vater.

2) Qvas ad literas. Martinus non reſpondit, ſed verbo duntaxat adſeruit, ſe ſtato tempore comparitur um. Id qvod & bonâ fide præſtitit. Cùm
3) autem Cizæ conveniſſent, die conſtitutâ, dicti Canonici petierunt, ſibi & aliis Reverendis Patribus, ſcilicet Dno. Epiſcopo Numburgenſi & Domino Abbati de Buch conjunctim Breve Apoſtolicum clauſum, & annulo Piſcatoris Signatum, per Procuratorem ſuum & Syndicum Capituli Miſnenſis, Licent. Valentinum Nicaleſium, præſentari.
4) Cujus qvidem tenor iſte fuit:

*Alexander Papa Sextus Venerabili Fratri Epiſcopo Numburgenſi, & dilectis Filiis Abbatibus Monaſteriorum Cellenſis & Buchenſis, diœcéſeos Miſnenſis.*

*Venerabilis Frater, & dilecti Filii, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.*

*Fuimus jam anteà impenſiſſimè rogati à Venerabili Fratre, Epiſcopo Miſnenſi, ac dile-*

*dilectis Filiis, Ducibus Saxoniæ, Decano qvoq́ve & Canonicis Eccleſiæ Miſnenſis ac populo univerſo, ut ſuper laudabili & plurimorum meritorum plena vita piæ memoriæ Bennonis olim Epiſcopi Miſnenſis, ac miraculis, qvibus poſt obitum, jam longo tempore, in diœceſi Miſnenſi inclaruiſſe dicitur, inqviſitionem & examen ac formandi inſuper proceſſus rationem aliqvibus Prælatis injungere, votisq́ve fidelium, qvi ipſius interceſſione à Domino ſe exauditos adſerunt, reſpondere, eumq́ve in catalogum Sanctorum, ſi tanti forent merita, referre dignaremur. Nos igitur tot precibus expugnati, in tàm arduo negotio maturius conſiderare decrevimus, in qvantum hujusmodi ſupplicationibus annuere, & ad præmiſſa, qvorum aliàs certam normam non habemus, procedere deceat. Fidei proinde Veſtræ, de qvâ in his & aliis ſingularis in Domino fiducia nobis ſuppetit, autoritate Apoſtolicâ injungimus, ut de vitâ ac meritis & miraculis dicti Bennonis, eorumq; continuatione, perſeverantia & ratione, populorumq́ve ad eum devotione, Vos conjunctim informetis, teſtesq́ve legitimos in medium producen-*

dos ſingulatim, & quâ decet, diligentiâ, examinare, & eorum atteſtata in publicam & authenticam formam redacta, ut in ſimilibus juxta ſanctiones Canonicas fieri conſvevit, ad Nos ſub literis Veſtris clauſis & ſigillis munitis, mittere curetis. Super qvibus Veſtram conſcientiam oneramus, ut poſtmodum omnia & ſingula cum Venerabilibus Fratribus noſtris, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus communicetis, nosqve, eorum conſilio & conſenſu interveniente, Dominoqve inſpirante, juxta-Romanorum Pontificum, Anteceſſorum noſtrorum, & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ Canones & laudabilem obſervantiam opportunè negocium explicare poſſimus. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die IV. Aprilis MID, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

F) Hâc autem formulâ citarunt teſtes Univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, præſentes literas viſuris, lecturis vel audituris, & præſertim intra civitates & diœceſes Miſnenſem, Martisburgenſem & Numburgenſem conſtituti Johannes, DEI & Apoſtolicæ ſedis gratiâ Epiſcopus Eccleſiæ Numburgenſis, Martinus & Matthæus in

Vete

*Veteri Cella & Buch, Miſenenſis diœceſeos, divinâ permiſſione Abbates, à Sanctiſſimo Domino noſtro Papa ad negotium infra ſcriptum Commiſſarii ſingulariter deputati Salutem in Domino, ut præſentibus fidem indubiam adhibere, noſtrisqve hujusmodi, imò veriùs Apoſtolicis firmiter obedire mandatis velint.*

*Noveritis, nos literas Commiſſionis, uti vocant, ſub formâ Brevis Apoſtolici, Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Alexandri, divinâ providentiâ Papæ, Sexti, annulô Piſcatoris obſignatas, clauſas, ſanas & integras, illæſas ac omni prorſus vitio ac ſuſpicione carentes per honorabilem Dominum Valentinum Nicaleſium, in utroqve Jure Licentiatum, & Dominorum, Ducum Saxoniæ, Venerabilium, Dominornm, Decani, Canonicorum ac populi, Eccleſiæ & civitatis Miſnenſis Syndicum & Procuratorem, in Notariorum publicorum & teſtium infrà ſcriptorum præſentiâ nobis præſentatas, eâ, qvâ par fuit, reverentiâ recepiſſe hujusmodi ſub tenore:*

Alexander Papa Sextus &c.
ut ſupra.

*Poſt quarum quidem literarum præſentationem & receptionem per Syndicum & Procuratorem dictum, nobis præſentem, debitâ cum inſtantiâ fuimus accerſiti, ut ſibi literas, ceu vocant, citatorias ad nonnullos teſtes in negotio inqviſitionis ſuper vitâ, meritis & miraculis Reverendi Patris, Bennonis, Epiſcopi olim Miſenenſis, eorumqve continuatione, perſeverantia & ratione, populiqve ad eam devotione, coram nobis juxta tenorem commiſſionis producendos, per edictum publicum in valvis tàm cathedralium, qvàm collegiatarum, parochialiumqve Eccleſiarum per Miſnenſem, Martisburgenſem & Numburgenſem civitates & diœceſes adfigendas & publicandas, in formâ ſolitâ & conſvetâ concedere dignaremur. Nos igitur Johannes Epiſcopus, Martinus & Matthæus Abbates, Commiſſarii Apoſtolici reputantes hujusmodi inqviſitionem fore juſtam & conſonam rationi; iccircò autoritate Apoſtolicâ nobis commiſsâ, & qvâ fungimur in hac parte, publicum edictum per Miſnenſem, Martisburgenſem & Numburgenſem civitates & diœceſes in cathedralium, collegiatarum & parochialium, Eccleſia-*

*cleſiarum valvis ſeu portis adfigendum, publicandum & exeqvendum jubemus, univerſosqve & ſingulos utriusqve Sexûs homines, cujuscunqve ſtatus, gradus, ordinis, eminentiæ ſeu conditionis exiſtant, qvi de vitâ, converſatione, moribus, meritis, ſanctitate & miraculis Divi Bennonis, Miſnenſis qvondam Epiſcopi, ac eorum continuatione, & ratione, populiqve ad eum devotione, aliisqve hujusmodi qvicqvam noverint, & qvemlibet ipſorum piè hortamur in Domino, & in virtute ſanctæ obedientiæ monemus, patentiumqve tenore citamus & citari volumus, ut die 2. menſis Octobr. proxima, qvæ eſt ſcilicet qvarta poſt Feſtum S. Michaelis, coram nobis, qvibus negotii hujus expeditio commiſſa eſt, Miſenæ in curia Epiſcopali Miſnenſi compareant, & de præmiſſis omnibus, aut aliqvibus, vel altero ſaltim, qvantum noverint, veritati teſtimonium legitimum perhibeant ad laudem & gloriam omnipotentis DEI, honorem ſanctorum, Chriſti fideliumqve ſalutem. In qvorum omnium fidem & præmiſſorum teſtimonium hoc præſens publicum inſtrumentum citatione & exhortatione inſtructum per*

*Notarios publicos infrà denominatos ſubſcribi & publicari mandavimus, ſigilliſq; noſtris communiri juſſimus, anno à nativitate Domini M. CCCC LXXXXIX. indict. 2. die verò Veneris, XXII. menſis Junii. Pontificatus Domini noſtri, Domini Alexàndri Papæ ſexti, anno 7. præſentibus ibidem Dominis Luca Hemelio, Canonico Numburgenſi, & Nicolao Bachmanno, plebano in* Trempniz *ad præmiſſa vocatis.*

6) Conradus verò Hofmannus, Clericus Moguntinenſis diœceſ. ſacrâ autoritate Notarius hæc ſubſcripſit.

*Qvùm dictarum literarum Apoſtolicarum, ſub forma Brevis, præſentationi, relectioni, citationi, petitioni & decreto, omnibùsqve & ſingulis præmiſſis, unà cum Notario hoc loco mihi juncto ac teſtibus prænominatis, præſens interfui, eaqve ſic fieri vidi & audivi, ideò hoc publicum inſtrumentum citatione inſtructum manu mea exinde confeci, ſubſcripſi, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, ſignoqve nomine & cognomine meo unà cum Reverendorum Patrum & Dominorum Commiſſariorum ſigillis ſignavi & munivi in omnium & ſingulorum præmiſſorum*

*evi-*

*evidens teſtimonium rogatus & reqviſitus. Et ego Daniel* Heupt *Clericus Moguntinenſ. diœceſ. &c. ut ſupra.*

## Caput XIV.

* * * *

# LEMMATA.

*1) Conſilium confert D. Breitenbach. 2) qvô ordine ad canoniſationem proceſſus fiat. 3) qvod Papa Commiſſariis ſit impoſiturus duplex negotium. 4) qvomodo primum ſit expediendum? 5) qvomodo ſecundum? 6) Heinitii conſilium. 7) negotii hujus expeditio difficilis. 8] Papa ſolus liberè heic nil definire poteſt. 9] Cautionem inculcat. 10) Absq; autoritate Papæ nemo habendus pro Sancto. 11) Reliqviæ à Papa adprobandæ. 12) qvæ vulgò admittantur officia. 13) qvô cultu ſint accipiendæ? 14) de canoni-*

*noniſationis autoritate. 15) qvid ſit catalogus? 16) qvid canoniſare? 17] canoniſationem abſolvit duplex inqviſitio 18) qvalis heic ſufficiat. 19) recitatur proceſſus formandus. 20) Teſtes qvomodo examinandi? 21) Commiſſarii vices ſuas aliis demandare non poſſunt. 22) Teſtes à qvibus producendi? 23] qvinam inqviſitionem expedire qveant? 24] Notatio circa poſitiones & articulos. 25) Examen qvale eſſe debeat? 26) de Notariis. 27) qvid probat præter teſtes? 28) qvid ſint Chronica & unde dicantur? 29) qvid in qvovis canoniſando & Bennone incurrat examen? 30) qvale teſtimonium heic ſufficiat. 31) In Confeſſorum canoniſatione reqviruntur miracula, non item in Martyrum. 32.) Cur miracula in canoniſatione ſancti reqvirantur? 33) qvid dicatur miraculum? 34) diſcrimen inter prodigium &*

*por*

*portentum, ut & inter monſtrum & oſtentum? 35) qvænam concurrere debeant ad miracula? 36) Vetulæ ex deceptione Diaboli miracula faciunt. 37) Inqviſitio in miracula & in vita & in morte inſtituenda. 38) in freqventiam & continuationem eorundem. 39) objectionem diluit. 40) antiqvi Doctoris ſententiam examinat. 41) inqviſitio in famam & documenta.*

1] Conſilium hanc in rem tale ſuggeſſit D. Jo. de Breitenbach, Anteceſſ. Lipſienſ.

*REverende Pater, & Domine obſervandiſſime, Ut in hoc tempore breviſſimo bis mihi à Reverenda Paternitate Veſtra injunctis pro viribus ſatisfacerem; traditam Legendam Divi ac Beatiſſimi Bennonis, Præſulis Miſnenſis digniſſimi, percurrebam, perfunctoriè eam legendo, & evolvendo Jurium Doctores inveni, qvòd ad canoniſationem alicujus beati hoc ordine perveniatur.*

2) *Primò exſpectatur, donec aliqvæ perſonæ honeſtæ & authenticæ denuncient factum Romano Pontifici, & ſupplicent pro canoniſatione faciunda. Et hoc non tantùm ſemel, ſed pluries & inſtanter. Non enim cuiq; Romanus Pontifex conſvevit moveri*

*veri ſtatim, ſed potius iterationem expectare, & famam attendere, & utrum miracula crebreſcant & continuentur, anteqvam inqviſitionem committat. Secundò ſi miraculorum continuatio & pro canoniſatione ſupplicatio perdurent, conſvevit hoc Dominus Papa referre ſuis Fratribus, puta Reverendiſſimis Dominis Cardinalibus, & aliqvibus Epiſcopis patriæ ipſius canoniſandi, vel aliis perſonis honeſtis & integris committere, ut inqvirant in famam & devotionem populi, in miracula & alia. Qvæ ipſi Domino, Papæ ab ipſis Dominis Commiſſariis & delegatis ſunt intimanda & referenda in genere, ut vocant, non in ſpecie, qvoad famam, non qvoad veritatem. Ipſiqve Commiſſarii Domino Papæ referunt, qvæ invenerint, & qvoad eis videatur in veritatem eorundem & in ſpecie inqviſitionem eſſe inſtituendam. Tertiò: Si ipſi Commiſſarii reſcribant Domino Papæ talia, ex qvibus videatur, qvòd inqviſitio veritati committi debeat, reqvirit iterum ſummus Pontifex fratrum, puta Dominorum Cardinalium conſilia, & definit, annon inqviſitio ſit committenda, nec ne? Qvartò: ſi eidem inqviſitio videatur committenda, tunc iterum ipſe Dominus Papa reſcribit eisdem Commiſſariis vel aliis, qvi veritatem reqvirant primò de fama, ſecundò de vita, tertiò de miraculis exactè, diligenter, fideliter & prudenter ſecundum articulos & interrogatoria, qvæ ſub Bullâ transmittit; & qvæ invenerint, remittant ſub ſigillis ſuis incluſa. Qvintò: præmiſsâ inqviſitione committet examinationem in Curiâ aliqvi-*

bus perſonis bonæ fidei, qvi & forment rubricas. Sextò: Rubricæ ſic factæ examinentur cum exactâ diligentiâ per Dominum Papam & Dominos Cardinales. Et reqvirat Dominus Papa conſilia eorum, an videlicet ſint & videantur talia, propter qvæ canoniſatio non immeritò ſit facienda. Septimo: ſi videatur Domino Papæ, qvòd canoniſatio ſit facienda, definiet id ſecretò primitus inter Dominos Cardinales. Octavò: Coadjunctis Epiſcopis, qvi ſunt præſentes in curia, narret publicè in Conſiſtoria ea, qvæ acta ſunt & probata, ſecreta definitione jam facta ſuppreſſa & reqvirat conſilium Prælatorum. Nonò: adſignabitur certa dies, ut omnes conveniant ad aliqvam certam Eccleſiam, in qvâ accendantur cerei multi, & conveniant Dominus Papa & Reverendiſſimi Domini Cardinales ac totus Clerus & populus, & habeat Dominus Papa orationem, proceſſum & probata recitando, ac preces ad Deum concipiendo immortalem, ne erroris cujusdam rei fiant in hoc canoniſationis negotio. Decimò: flexis genibus fiat devota oratio & cantetur: Veni Sancte Spiritus &c. vel alius hymnus ſeu antiphona conveniens. Undecimò: definiat Dominus Papa, illum, de qvo canoniſando agitur, ſanctum eſſe, & ſanctorum catalogo adſcribendum, & tanqvam ſanctum eſſe venerandum, & feſtum ejus colendum tali die. Duodecimò & ultimò cantetur; Te Deum laudamus, & ipſe Dominus Papa celebrare debet Miſſam ſolenniter in honorem ejusdem, ſancti

3) Ex qvibus patet, qvòd Dominus Papa in hoc

actu

*actu ſeu negotio canoniſationis Beatisſimi Bennonis duplicem admetietur Dominis Epiſcopis ſeu Prælatis hujus terræ commisſionem. Prima erit, ut ipſi Commiſſarii inqvirant in famam & devotionem populi, ac in miracula & alia, qvæ in ipſa commiſſione exprimuntur, in genere tantùm, non in ſpecie, & ſolum qvoad famam, non qvoad veritatem. Secunda commiſſio erit, ut Commiſſarii inqvirant in veritatem, & primò in famam; ſecundum articulos & interrogatoria, qvæ ſub Bulla transmittit. Unde ad propoſitum: Si in Brevi* 4) *Apoſtolico ſeu literis Apoſtolicis, qvæ ad Reverendos in Chriſto Patres & Dominos, Dominum Epiſcopum Numburgenſem. ac Dominos Abbates Veteris Cellæ & Buch ſunt transmiſſæ, fieret prima commiſſio, de qva ſuprà, videlicet ut ipſi inqvirant in famam, in venerationem populi ac miracula, in genere, non in ſpecie, & ſolum qvoad veritatem; tunc ita foret agendum ac procedendum. Venerabile Capitulum Miſenenſe deberet humiliter inſtare ac petere, ut dicti Domini, Epiſcopus & Abbates menſe Septembr. aut Octobr. aliqvos certos dies continuos in certo loco, puta Miſenæ, qvi locus foret teſtibus producendis, ac etiam Capitulo valdè aptus & conveniens, conſtituerent, ad inqvirendum in famam, devotionem populi ac miracula in genere. Nec diffido, qvin Dominus Epiſcopus Numburgenſis & alii Domini Commiſſarii ad preces Capituli Miſenenſis, ac Beati Bennonis, inclutæ Eccleſiæ ac terræ Miſenenſis Patroni digniſſimi, de cujus honore agitur, intuitu, termi-*

minum in die præfigendo ipſimet reſpicerent, teſtes ac probationes ſuper hujusmodi fama, devotione & miraculis reciperent, & ita in genere & ſumma-
5.) riè inqviſitionem inſtituerent. Si verò in literis Apoſtolicis, qvæ antè dictis Domino Epiſcopo & Abbatibus ſunt transmiſſæ, ſecunda, de qva ſuprà, fieret commiſſio, & ſic ut inqvirerent in veritatem primò in famam, ſecundò in vitam, tertiò in miracula, tunc articuli, qvorum exqvirenda veritas, deberent eſſe inſerti ipſis literis Apoſtolicis, & ſic ſeriò in eo caſu ita foret agendum & procedendum. Venerabile Capitulum Miſenenſe per ſuum Syndicum ſeu Procuratorem deberet petere copiam eorundem Articulorum, literis Apoſtolicis inſertorum, & ab ipſis Dominis Commiſſariis aliqvos certos dies continuos, menſe Septembr. aut Octobr. in certo loco, puta Miſenæ, prout etiam ſuprà, ſibi præfigi & adſignari. Et interim Venerabile Capitulum Miſenenſe cogitaret teſtes producere, ſimiliter Chronica Eccleſiæ Hildesheimenſis & Miſenenſis, ac Scripturas in Archivo Eccleſiæ Miſenenſ. reſervatas, ex qvibus Domini Commiſſarii de fama, vita, converſatione, caſtis moribus, ſtrenuis actionibus, miraculis, parſimonia, vigiliis, continentia, laboribus, ſimplicitate, humilitate, patientia, longanimitate, ac cœteris virtutibus & meritis Divi & ſancti Bennonis, ac de iſtorum veritate ſe informare poſſent. Ex prædictis patet, qvod per Capitulum Miſenenſe articuli, qvorum à Dominis Commiſſariis exqviri debeat veritas, non ſint formandi

*mandi & offerendi, cùm literis Apoſtolicis tales articuli inferantur, ſed curet Capitulum Miſenenſe, & operam exactiſſimam adhibeat, ut reperiantur illi in termino conſtituto, à qvibus Domini Commiſſarii in iſta inqvirere & ſe informare poterint. Et præcipuè adhibeat ipſum Capitulum diligentiam, ut habeat Chronica & ſcripturas maximè, ſub fideli cuſtodia conſervatas, ex qvibus de vita, converſatione, miraculis & virtutibus Beati Bennonis Dominis Commiſſariis exactius conſtet. Datur enim fides ipſis Chronicis, ac probant. Similiter ſcripturæ in Archivis publicis reſervatæ probant ac fidem faciunt. Et dicitur Archivum ab arca ſeu loco, ubi libri & ſcripturæ reponuntur & cuſtodiuntur. Fama etiam in his & prædictis, cùm ſint antiqviſſima, videtur probare & fidem facere, ſeu minimum alias probationes coadjuvare. Nec Domini Commiſſarii eandem inqviſitionem aliis committere ſeu ſubdelegare poſſent, niſi in ipſa commiſſione ſeu literis Apoſtolicis id eis permitteretur. Et ſi utiq; per Venerabile Capitulum Miſenenſe ſeu ejus Syndicum & Procuratorem in actu coram Dominis Commiſſariis jam celebrando, articuli forent offerendi, qvod tamen neqvaqvam arbitror neceſſarium, nec fortè expediret, cùm in Brevi Apoſtolico ſeu literis Apoſtolicis, qvid Commiſſariis agendum ſit, & qvaliter procedendum, & in qvæ inveſtigandum, fortè extabit, tunc confusè & in genere offerantur articuli, qvos Veſtra Reverenda Paternitas heic etiam reperiet cum*

*peti-*

*petitione & proteſtatione, ut iſti ad corrigendum & emendandum iterum reſtituantur. Cum his me Veſtræ Reverendæ Paternitati offero ad qvævis mandata deditiſſimum.*

Veſtræ Rev. Paternit.
Obſeqvioſiſſimus

Johannes de Breytenbach.
Doctor & Ordinarius.

6) Dedit autem Martino, Sacræ Theologiæ Profeſſori, Veteris Cellæ Abbati, in cauſa canoniſationis Divi Bennonis, qvondam Miſnenſis Præſulis, Commiſſario à ſede Apoſtolicâ delegato Nicolaus de Heyniz. J. U. D. tale conſilium:

7) NOn me fallit, Religioſiſſime Pater, qvàm arduum qvamq; anceps munus obierim, dum precibus Tuis illectus ſuſtineo aliqvid ex materia canoniſationis ediſſerere, qvæ reverà Virum non mediocriter doctum defatigare poſſet. Super onerariam enim navem rudis vector imponor, & homo, qvi nec dum ſcalmum in lacu rexerim, Euxini maris credor fluctibus. Qvare niſi animi Tui comitate genuina atq; clementiâ (qvibus omnia æqvo animo cenſes) fretus fuiſſem, maximam excuſationis cauſam, votis Tuis reluctari, hoc tempore haberem. Tum primum ab officina librorum, ut ipſe teſtis es, longè abſum. Brevitate etiam temporis labori ſuppeditare neqveo.

Tempore enim egemus, ut maturius aliqvid agamus. Eſt præterea mihi ingenii inopia. Vix enim prima literarum pocula delibavi, & nondum, ut Divi Hieronymi utar verbo, ad literam Pythagoræ Y perveni, & tàm verticoſum exiguâ cymbâ mare adſcendere conor. Vires profectò in conatu ipſo deficient. Tanta eſt rei, de qvâ ediſſerendum eſt, magnitudo. Canoniſatio enim una eſt è cauſis majoribus, qvæ inter Chriſtianos proponi poteſt. Et de meritis Sanctorum diſputare valdè periculoſum eſt, unde meritò ad ſedem Apoſtolicam referenda. Et
8] ideò maxima eſt, qvod licet aliàs Papa vel ſaltem cum ſuo cœtu Cardinalium, omnia poſſit ſtatuere & ordinare, hoc tamen caſu non poteſt liberè definire, etiam cum ſenatu Cardinalium, niſi etiam adjunctis aliis Prælatis Curiæ, ut qvis canoniſetur. Nam canoniſatio præcipuè confeſſorum reqvirit miracula. Et cum miracula attribuantur fidei, ſubeſt periculum idololatriæ. Ita qvia ad Papam ſpectat præcipuè declarare dubia ſcripturarum, ergò multò magis dubia ſanctitatis, in qvibus majus periculum vertitur, & in qvibus cautius eſt agendum. Nam diſputare de moribus Sanctorum periculoſum eſt. Ne fortè propter multorum Epiſcoporum ſimplici-
9] tatem populum decipi contingat, aut infinitos ſanctos multiplicare, & ſic devotionem refrigeſcere, & ſanctitatem viléſcere. Nam omne rarum carum, & vileſcit qvotidianum. Sicut nec Sponſa tradenda eſt in continenti, ne vileſcat de-

ſide-

ſideranti. Inqve multitudine ſacrificiorum non propitiatur Deus. Et ideò legatus etiam de latere ſine ſpeciali mandato Papæ & Collegii extendere manus ſuas non debet, ſicut nec ad alia, qvæ in ſignum Privilegii ſui ſingularis ſunt tantummodò ſummo Pontifici reſervata. Ad ſolum
10] igitur Papam, qvi eſt omnium univerſalis Princeps, ſpectat definire cum conſilio & aliorum Prælatorum, ut qvis & ſanctus & canoniſatus ubiqve ſolemniter colatur, Ne aliàs dici poſſit: Ego ſum Pauli, & ego ſum Cephe, qvod fas electionis Paulus damnat 1. Cor. I. Inde infertur, qvod prohibeatur Epiſcopis, aliqvem ut ſanctum venerari publicè absqve autoritate ſedis Apoſtolicæ. Et ita etiam multò magis inferioribus eſſe
11] prohibitum exinde liqvet. Imò nec inventas reliqvias de novo publicè qvisqvam debet venerari absqve Papæ licentiâ. Nec enim poſſunt paſſim oſtendi, nec transferri. Sicut ſi antiqvæ reliqviæ de novo invenirentur, non liceat eas venerari, niſi prius autoritate Romani Pontificis fuerint adprobatæ, ne fortè variis figmentis, aut falſis
12] documentis populus decipiatur. Sicut in plerisqve locis, ut timendum eſt, occaſione qvæſtus fieri conſvevit, ubi coſtam pecoris vel aſini loco ſancti oſtendunt. Ne etiam Chriſtianæ religioni detrahatur, ſicut ſæpius detractum eſt: qvin nimia familiaritas contemtum parit. Sumunt enim ex hoc materiam blasphemandi, videntes oſſa nuda inferunt: Si ſanctus eſſet, conſumtus

non fuiſſet, non attendentes, qvod libro Geneſeos ſcriptum ſit: Cinis es, & in cinerem reverteris. Ne fortè etiam hominem in ebrietate occiſum qvaſi ſanctum haberi contingat & coli, etiamſi per eum miracula fiant. Sunt enim, qvi dicunt hoc fieri propter avaritiam & inſolentiam Clericorum. Et ideò etiam Jure utroqve prohibitum eſt, ut nec Martyres nec reliqviæ vendi poſſint. Faciunt enim iſtiusmodi homines, qvi ſubtili ingenio aurum extricant à ſimplicioribus, qvemadmodum inſtitores, ut ſcilicet plures alliciant emptores, proponunt tabernis pulchras puellas, qvarum adſpectu prætereuntes rapiantur, & veniant ad colloqvium cum puellis ſerendum, licet non multum emant. Nam per hoc mirabili modo redarguitur à Laicis Clericorum avaritia. Sed ſatis ſuperqve dictum de hoc, ne animus eorum excandeſcat. Vetus enim apud Terentium eſt dicterium: Veritas odium, obſeqvium ami-
13] cos parit. Poſtqvam tamen adprobat Papa reliqvias, vel canoniſat Sanctum, licitè ab omnibus publica inſtitui poteſt veneratio, non latriæ, ſed duliæ in honorem DEI, de qvibus latriæ, duliæ & hyperduliæ aliàs. Nec præſumendum eſt, Pa-
14] pam in hoc errare. Poteſt enim Pontifex certior fieri de ſtatu alicujus per inqviſitionem vitæ, & atteſtationem miraculorum, & præcipuè per inſtinctum Spiritus Sancti, qvia omnia profunda ſcrutatur Dei, & divina providentia præſervat Eccleſiam, ne in talibus per fallibile teſtimo-

nium

nium hominum fallatur. Etiam & poſito, qvod
Eccleſia erraret, qvod tamen minimè eſt creden-
dum, conceſſo etiam, ſi in canoniſatione Eccle-
ſia erraret, nihilominus preces in honorem talis
acceptæ & gratæ ſunt. Per fidem namqve Chriſti
omnia purgantur. Et eſto, qvod veritas canoniſa-
tionis deficiat, non tamen deficit fides. Nam tunc
veneratione dubia ſervorum honos redundat ad
Dominum, ut divus inqvit Hieron. Et tunc etiam
in ejus honorem, & ſub ejus nomine, poſſunt Ec-
cleſiæ & altaria erigi, ædificari & conſecrari, ſicq;
canoniſatus conſcribendus eſt in catalogũ ſancto-
15] rum. Eſt autem catalogus ſermo, nomina aliqvorũ
16] continens ordinatè, dictus à κατὰ, qvod eſt juxta, &
λόγος, qvod eſt ſermo. Canoniſare verò eſt ca-
nonicè & regulariter, publicè & ſolemniter de-
clare, definire, pronunciare & ſtatuere, qvod ali-
qvis ab hominibus honoretur ut ſanctus, & pro
ſancto, certa die, fiet ubiqve ſolemne officium, ſi-
cuti fit pro aliis ſanctis, qvi ſunt ejusdem condi-
tionis, & eum tanqvam ſanctum in catalogum
ſanctorum adſcribere. Qvomodo autem, & qvàm
inſtanter petenda ſit canoniſatio, & qvæ & qvot
reqvirantur, variis in locis per doctores tradita &
17] ſcripta ſunt. Reqviritur enim, qvod præcedat in-
ſtantia aliqvarum perſonarum honeſtarum apud
Romanum Pontificem, non ſemel, ſed pluries &
inſtanter pro hujusmodi canoniſatione. Et po-
teſt iſta fieri inſtantia per Epiſcopum & Capitu-
lum loci illius, ubi ſepultus eſt canoniſandus; imò

etiam ſufficit, ſi fiat inſtantia per univerſos Prælatos & generale Capitulum iſtius congregationis & ordinis, cujus fuit ipſe, de cujus canoniſatione agitur. Qvare etiam licitè poſſunt efflagitare religioſi canoniſationem alicujus ſancti, qvi fuit de ordine ipſorum; prout fecerunt iſti Monachi Ciſtertienſes pro canoniſatione Abbatis, ſancti Martini, ejusdem ordinis. Ad qvorum & cœterorum petitionem & inſtantiam Honorius III. commiſſit teſtium receptionem ſuper vitâ & miraculis Epiſcopo cuidam, ejusqve Capellano, ac univerſis Abbatibus apud Ciſtercium in generali Concilio congregatis. Secundò ad canoniſationem reqviritur, ut, interjecto aliqvo tempore, Papa è conſilio fratrum committat duobus Prælatis vel aliis perſonis honeſtis & fide dignis, ut inqvirant in famam & devotionem populi, & alia, qvæ ſunt ſibi denunciata, in genere, qvoad famam, non qvoad veritatem, & in ſpecie: & ut ſibi deſcribant, qvæ invenerint, & an eis videatur, qvod in veritatis & cauſæ inqviſitionem & in ſpecie ſit inſtituenda examinatio. Et ad hanc commiſſionem credo ſufficere duos Prælatos, ſicut fuit factum in canoniſatione Gregorii decimi. Non autem paucioribus, qvàm duobus injungenda eſt commiſſio, qvia, qvod à pluribus agitur, minus negligitur, imò integrum eſt judicium, qvod plurimorum ſententiis confirmatur. Et qvod à pluribus qværitur, facilius invenitur, & per ampliores homines perfectiſſima virtus revelatur. Et hæc inqviſitio eſt

præ-

præambula & præparatoria ad ſolemnem & ſubſeqventem commiſſionem. Tertiò reqviritur in eventum, ut primi Inqviſitores reſcribant talia, inqviſitionem veritatis eſſe inſtituendam. Iterum Papa definiat, cum conſilio Fratrum, an ſolennis inqviſitio ſit committenda. Et committatur hæc ad minus tribus ex Dominis Reverendiſſimis Cardinalibus, uni ſcilicet Epiſcopo, Presbytero & Diacono. Et tunc iterum ſcribat eisdem vel aliis Prælatis, ut in ſpecie inqvirant 1. in famam 2. in vitam, hoc eſt, in fidem & converſationem canoniſandi. item in mortem & miracula exactè & diligenter ſecundum articulos & interrogatoria ſub Bullâ transmiſſa. Et qvod invenerint, remittant ſub ſigillis ſuis incluſum. Tunc facienda eſt commiſſio in curia aliqvibus Capellanis Papæ, vel aliis perſonis fide dignis, ut examinent proceſſum, & forment ſummarium examinandum cum exacta diligentiâ per Papam & Dominos Cardinales. An ſcilicet ſint probata talia, propter qvæ ſit canoniſatio inſtituenda. Et ſuper hæc debet Papa reqvirere conſilia Cardinalium. Et ſi videbitur Papæ, qvòd facienda ſit canoniſatio, ex his, qvæ ſunt probata, tunc hæc ſecretò primitùs definiat inter Fratres. Et definitio ſecreta teneatur. Poſtmodum Papa cum Epiſcopis & aliis Prælatis, qvi reperiuntur præſentes in Curiâ, curet publicè proponi, per advocatum vel promotorem fidei, omnia & ſingula acta & probata, præterqvam ſecretam defini-

nitionem factam prius in Conſiſtorio privato Reverendiſſimorum Dominorum Cardinalium, & ſuper his reqvirat omnium conſilia & vota. Nam fructus divinus eſt, juſtitiam recenſeri; qvia veritas ſæpius exagitata magis ſplendeſcit in lucem, & multitudo ſapientium ſanitas eſt orbis terrarum. Et ideò non eſt veriſimile, in hoc Eccleſiam poſſe errare. Cœterum conſilium & deliberatio à malo judicio hominem retrahit ac refrænat. Et qvamvis, uti ſuprà dictum eſt, duæ fieri ſucceſſivè inqviſitiones debeantet inſtitui, prima præambula, qvæ fiat in genere & non in ſpecie, ſuper famâ, & non ſuper veritate: ſecunda in ſpecie & ſuper veritate,
18] ſatis tamen dubitari poſſit, an ex commiſſione præſenti factâ Reverendiſſimis Patribus & Dominis Epiſcopo Numburgenſi & Veteris Cellæ & Buch Monaſteriorum Abbatibus, inqvirendum ſit & examinandum in ſpecie & ſuper veritate, & an ſufficiat iſta unica inqviſitio & commiſſio, ſi attendatur tenor mandati & commiſſionis per literas ſub formâ Brevis & annulô Piſcatoris datas, maximè ibi; eorumqve continuatione, perſeverantia & ratione & cœtera. E qvibus verbis ſatis conjicere licet, fuiſſe animum Summi Pontificis, hâc unicâ commiſſione debere rem expediri. Verba enim non debent gratis membranas occupare. Immò à forma verborum non eſt recedendum. Et iterum; Fines

man-

mandati diligenter ſunt ſervandi. Iſtam ſecundam & reqviri & fieri debere commiſſionem ſuprà deductum eſt, *à* qva non credo fore facilè recedendum, maximè propter arduitatem cauſæ, ut
19) ſic cautius agatur. Poſtremò Papa ordinet, ut certâ die omnes conveniant ad aliqvam Eccleſiam, qvæ ſit ornata pannis honorabilibus & aulæis ſtrata, in qvâ accendantur multi cerei, ubi Papa & totus Clerus ſolenniter convocatus, & populus devotiſſimè adſiſtat; ad qvos Papa ſermonem habeat, recitando proceſſum, inducendoq; populum & Clerum ad orandum, ne permittat Deus errori locum in hoc negotio: & cantetur ſucceſſivè Hymnus: Veni ſancte Spiritus &c. Deinde ſurgat Papa, & definiat, illum, de qvô agitur, ſanctum eſſe, & ſanctorum Catalogo adſcribendum, & tanqvam ſanctum ab omnibus Chriſti fidelibus colendum in omni Eccleſiâ Dei & per Orbem univerſum, ipſiusq; feſtum ſolenniter habendum certâ die. Et celebret Papa Miſſam Solennem in honorem canoniſati. Pòſt cantetur: Te Deum laudamus. Sicut hæc ipſe vidi & audivi tempore canoniſationis Bonaventuræ. Ex qvo infertur, qvod Miſſa ſit de ſubſtantiâ canoniſationis, ſicuti in confectione chriſmatis, in collatione ordinum, ut & in conſecratione Eccleſiæ. Et hoc ideò, qvia fidelibus in nihilo magis fidendum eſt, qvam oratione humili & devotâ. Multum enim valent orationes juſtorum. Et licet etiam indicere jejunia univerſo Clero & popu-

populo, & omnes unanimiter orent & petant ab eo, qvi via, veritas & vita eſt, ne patiatur Eccleſiam ſuam militantem, qvæ ſe triumfanti conformare ſtudeat, errare: ſicut fieri mandavit Sixtus IV. in canoniſatione S. Bonaventuræ, aliiq;, uti vel ex Bullis canoniſationum conſtat. Hic autem ordo non ſemper ad ungvem exactius ſervatur. In libro enim Cerimoniarum, ut dicitur, adparent aliæ diverſæ, & plures ſolemnitates ſervandæ, qvæ de congruo novo videntur præmitti. Verùm his ultrà non inſiſto, cùm ad inqviſitionem præſentem non reſpiciant, ſed remitto omnes iſtas ſolemnitates & formas ad librum Ceremoniarum. Et qvia ſatis de inſtantia & freqventia ſupplicantium, qvi pro commiſſione & examine laborarunt, conſtat, adeò, ut ſanctisſimus Dominus noſter non potuerit, tanqvam juſta petentibus, denegare adſenſum, ſed cauſam ad examinandum commiſerit ſupra memoratis Reverendiſſimis Patribus & Dominis meis, unde modò, qvomodo examinandi ſint teſtes, qvis modus probandi, qvod principale eſt ad præſens,
20) breviter ſubjiciam. Teſtes examinandi ſunt juxta formam traditam in ipſa commiſſione, videlicet de vita, meritis, miraculis, eorumq; continuatione, perſeverantiâ, ratione, & populi deveneratione, devotioneq; &c. à qvâ formâ verborum non erit recedendum. Forma enim dat
21) eſſe rei. Nec poſſunt Commiſſarii in hoc negotio ſubdelegare vel committere vices examinis

vel

vel inqviſitionis aliis propter electionem perſo-
næ, & induſtriam electam & negotii arduitatem.
22) Et licitè ſupplicantes pro canoniſatione teſtes
producere poſſunt. Tàm ſuper vita, qvàm mira-
23) culis. Et poſſunt etiam tales canoniſationem
alicujus rogantes deputari inter iſtos, qvi inqvi-
ſitionem & examen ſuſtineant. Cùm autem
Commiſſarii examinare debeant juxta articulos
& interrogatoria ſub Bulla transmiſſa, non cre-
24) do expedire, ut Venerabile Capitulum Miſnen-
ſe articulos & poſitiones, ſuper qvibus inſtituen-
da inqviſitio, faciat, exhibeat vel producat, cùm
jam in ipſa Commiſſione articuli ſint expreſſi, nec
præter illos alios facere poſſit; forent & imper-
tinentes, & non ſumti è viſceribus commiſſionis.
Nec liceat declaratorios facere, cùm ad illud non
ſpectet; Sed ad ſummum Pontificem, ad qvem
totum iſtud negotium refertur, ut ſuprà dictum
25) eſt. Examinandi autem ſunt teſtes ſigillatim,
id eſt, qvilibet ſeorſim, & non plures ſimul. Ali-
às non valeret teſtimonium. Et intelligo, ſi-
gillatim fieri debere examen tàm ſuper articulis
enumeratis, qvàm omnibus circumſtantiis, vi-
delicet perſonarum, loci, temporis, viſus, audi-
tus, ſcientiæ, credulitatis, famæ, certitudinis.
Miracula enim non præſumuntur, qvæ ſunt de
impoſſibilibus naturæ. it. & ſecretò examinandi
teſtes ſunt, exemplo Danielis, qvi Sacerdotes ita
examinavit, ne alius alium inſtrueret, aut unus al-
terius dictum ſeqveretur. Nec ſolùm debet fie-
ri

ri examinatio eâ diligentiâ, qvâ teſtes conſvevee-
runt examinari, ſed longè majori, qvia circa mate-
riam majus periculum vertitur, & ideò agendum
cautius; qvia & deponentes faciliter poſſunt de-
26] cipi, & manus obſtetricum ſæpê fallitur. Et
ideò etiam in examine hujusmodi adhiberi de-
bent tres Notarii ad conſcribendum hujusmodi
Acta, ut ſic in ore duorum vel trium omne ſtet
verum. Poſſuntqve non tantùm fieri proba-
tiones per teſtes, ſed etiam per ſcripturas, Chro-
27] nica & libros antiqvos, qvibus adhibenda eſt fi-
des adminiculativè. Qvando enim ſumus in-
certi de nomine Imperatoris, tunc recurrimus
ad Chronica, idqve propter eorum antiqvita-
tem, & qvia conſervantur inter libros authenti-
cos, & recipiuntur ex Archivo publico. Imò
datur fides ſcripturis in columnis & lapidibus;
& dico plus fidei adhiberi Chronicis debere, e-
tiamſi non conſtet de nomine eorum, qvi com-
poſuerunt eadem, licet qvaſi videantur apocry-
pha, qvia etiam inſtrumento ex Archivo publico
producto creditur, licet ſubſcriptione careat. Et
cùm Chronica freqventer, imò ſemper conſve-
verunt haberi in Archivo publico, debet eis ad-
hiberi fides, etiamſi nomine & ſubſcriptione ſint
27] deſtituta. Et dicuntur Chronica à græco χρό-
νος, qvod latino vocabulo tempus ſignificat,
qvia in Chronicis facta ſuis temporibus recitan-
tur. Inde dicitur morbus chronicus, qvi tem-
pore venit, ut eſt podagra & reliqvæ infirmita-
tes,

tes, qvæ plus gulâ, quàm inediâ accidunt. Et
dixi, eſſe inquirendum ſecundum articulos in for-
29] mâ Brevis expoſitos, de vita canoniſandi, id eſt,
fide & converſatione. Nullus enim canoniſan-
dus eſt, niſi fidem habeat. Fides enim præ cœ-
teris virtutibus in miraculis operatur, ut undi-
que hoc apud Eccleſiaſticos ſcriptores conſtat.
Dico &, licet non poſſit apertè probari, quòd ca-
noniſandus fuiſſet reverà baptiſatus, ut initiatus
chrismatis aut confirmationis ſacramento, ta-
men ex eo, quod è parentibus Chriſtianis natus
ſit, & in loco Chriſtianorum, & inter eos ſem-
per converſatus, reſultet præſumtio, quod bapti-
ſatus & chriſmate inunctus fuerit, quæ præſumtio
pro certitudine eſt habenda, donec evidentiſſi-
mis documentis oſtendatur contrarium. Maxi-
30] mè in caſu noſtro & canoniſando Bennone, qui
Epiſcopus fuit, & ab Apoſtolicâ ſede confirmatus,
unde de ejus fide minimè dubitare, an is fuerit di-
gnus aut habilis, quem Papa dignum judicavit.
Etiam nihil officeret canoniſando, ſi ex infideli-
bus natus fuiſſet, aut ipſe aliàs ante ſuſceptum
baptiſma fuiſſet infidelis, poſtquam aliquamdiu
à lautioribus epulis, ſpectaculis & conjugibus
abſtinuit. Ultrà inqvirendum eſt; an illi, de cu-
jus canoniſatione agitur, prior vita teſtimonium
perhibeat, proqve laboribus multis, moribus ca-
ſtis, actibus ſtrenuis militet. Oportet enim
hoc præſenti teſtificatione prædicari, & bonæ
famæ præconiis non taceri. Et maximè de ſim-
pli-

plicitate & humilitate qværi debet, qvia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam, it. an fuerit pudicus. Impudicus enim actus impudici cordis eſt nuncius. Et an clementiæ ſtuduerit, & induerit viſcera miſericordiæ & lacrumarum &c. qvæ omnia Dominorum Commiſſariorũ ſupplebit peritia & religio. It. & de meritis. Et cùm Venerabilis Benno ad cathedram Epiſcopalem Miſnenſis Eccleſiæ vocatus, & ab Apoſtolicâ ſede confirmatus fuerit, videtur ſufficiens reſultare notitia de meritis ejus ab auditu à bonis. Unde etiam hoc caſu puto ſufficere teſtimonium ab auditu. Nam teſtes intelliguntur ſcire, qvæ acta ſunt à teſtatore, ſi priores teſtes eis hoc dixerunt. Imò & in judiciis valet teſtimonium ab auditu. It. inqvirendum eſt in miracula. Licet
31] enim in canoniſatione Martyrum non reqvirantur miracula, ſed ſolùm ſufficiat, conſtare de Martyrio, & cauſa, propter qvam paſſus eſt; ſunt tamen propter fidem Chriſti & libertatem Eccleſiæ ſervanda. Hinc eſt, qvod Doctores dicunt, Papam non ſervare eundem modum, canoniſando Martyrem & Confeſſorem. Pro qvo facit, qvod Eccleſia in officio Martyrum nullibi faciat mentionem miraculorum, ſicut in officiis Confeſſorum. Interim tamen ſecundum Doctores Theolog. & Canon. communiter teneatur, omninò reqviri miracula in canoniſatione alicu-
32] jus ſancti, ad finem beatitudinis. Nam ad eſſe ſanctitatis non reqviruntur neceſſariò miracula.

Et

33)Et dicitur largè miraculum omne, qvod magnum & novum, & qvod rarò fit: licet qvoqve ſumatur æqvivocè pro qvolibet prodigio & portento & ſigno novo, aut monſtroſo & inſolito. Dicitur namq; prodigium, qvod cœlitùs contingit.
34)Portentum, qvod à terra. Monſtrum verò præſens, oſtentum futurum. Unde etiam dantur verſus:

*Prodigium cœlum, portentum dat tibi terra;*
*Eſt monſtrum præſens, oſtentum ſæpè futurum.*

35) Ut ergò aliqvid dicatur miraculum, hæc concurrere debent 1. ut ex Deo, & non ex arte contingat, nec ex Diabolo. Nam per malos qvoqve fiunt miracula. 2. ut non ſit ex vi verborum, ſed hominis merito id contingat. Nam panis & vinum virtute verborum transſubſtantiantur in corpus & ſangvinem. 3. ut ſit ad corroborationem fidei. Herba enim miniſterio hominis transit in vitrum, ſed hoc nil ad corroborationem fidei. Et ideò niſi ad canoniſationem hæc concurrant, non prodeſſent miracula. Nec ſufficiunt miracula ſine vita, qvia ſæpè fuit ex ſcientia, & non ex dono Dei. It. ſæpè ex dono Dei ſine merito vitæ, & tales puniuntur magis, qvia ſanctis uſi ſunt non ſanctè. Et Auguſtinus infert, qvod tanta poſſit eſſe miraculo fides, ut qvis transferat montes de loco ad locum. Qvod benè notandum contra vetulas, qvæ ſine merito vi-

tæ videntur miracula facere, & prædicere futura, licet nonnulla faciant ex deceptione Diaboli.
37)Et non reqviruntur ſolùm miracula poſt mortem, ſed tàm in vita qvàm in morte. Unde non ſolùm per Dominos Commiſſarios inqvirendum eſt in miracula poſt mortem, ſed & in miracula in vita. Licet fortè literæ Innocentii in canoniſatione Epiſcoporum bigæ non referant niſi miracula poſt mortem. It. inqvirendum in fre-
38) qventiam & continuationem miraculorum. Romanus enim Pontifex debet attendere, utrum
39)miracula crebreſcant & continuentur. Dicas: aliqva tantùm ſufficere miracula. Dicitur Eccleſ. XLIV. 1. Laudemus Viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua. Multam gloriam fecit Dominus ſuâ magnificentiâ à ſeculo. Ex hoc enim, qvod dicit, multam gloriam, adparet, non ſufficere, ſi in uno fuerit glorioſus, vel ſemel tantùm, ſed reqviritur in multis & multoties. Unde ſuper hoc uno antiqvus Doctor
40) dixit c. vener. de teſt. qvod ad hoc, ut qvisqvam tanqvam ſanctus canoniſetur, probanda ſit freqventia miraculorum, & per eosdem teſtes: & non ſufficere per duos teſtes, ſeu unum miraculum ad invocationem iſtius ſancti eſſe factum tali, & aliud eodem die, vel ſeqventi per alios ad invocationem ejusdem ſancti, qvia diverſa probent, nec concordent in idem Verius tamen eſſe credo de jure, qvod firmatur è Collect. in c. 1. de re. & ven. ſanct. ubi ſententia Vincentii mirabilis

bilis dicitur, & contra jura, qvippe qvæ ſtatuant, in ore duorum vel trium omne verum ſtare. Et ſatis eſt, ſi conveniant omnes in facto mirabili, & in ſanctitate ejus, de qvo agitur, ſicqve ex diverſis actibus reſultat freqventia miraculorum, ſicut ex diverſis juribus una regula, ex diverſis actibus conſvetudo, & ex diverſis gradibus cognatio. Et tamen ad probandos ſingulos actus ex qvibus reſultent prædicta, non ſunt neceſſarii iidem teſtes. Aliàs neceſſarium fuiſſet, illum, de cujus canoniſatione agitur, ſemper omnes teſtes duxiſſe ſecum, & ſic ex facili falſitates fin-
41) gi poſſent. Inqvirendum eſt etiam in famam ejus, qvia fama eſt qvædam clara cum laude notitia. Et dico, famam non ſolùm vehementiſſimè adminiculari, ſed fore ſummè neceſſariam in eo, qvi canoniſandus eſt. Qvin oportet præſenti teſtificatione prædicari, & bonæ famæ præmiis extolli, ut videntes bona opera glorificent Patrem, qvi in cœlis eſt. Et ex bonâ famâ redditur qvis idoneus ad exeqvendum opera virtuti congrua; unde dicitur: Melius eſt nomen bonum &c. Non autem ſolùm in famam, ſed etiam in documenta inqviri debet, prout hoc ex formâ verborum Commiſſionis elicitur, & aliis, juxta Dominorum Commiſſariorum religionem & peritiam. Et qvia dum hæc meditor, illud in animum venit, qvod in libris Regum habetur; Deum ſcientiarum Dominum eſſe; ideò finem facio, hæcqve in tantâ temporis penuriâ ſuffi-

ciant. Laus DEO Redemtori noſtro, Divæ Virgini Mariæ atqve S. Catharinæ Patronæ meæ.

*Has lucubratiunculas qvaleſcunqve collegi, Paternitatiqve Tuæ dicavi, pro arbitrio & ingenio Paternitatis Tuæ caſtigandas & limandas, imò cujuscunqve judicio melius ſentienti ſemper ſalvo*

qvi ſcripſit, ſubſcripſit

Nicolaus de Heinitz, Utriusqve Juris Doctor.

## Cap. XV.

* * * *

# LEMMATA.

1) *Commiſſarii Miſenæ ſe congregant.* 2) *Solenniter excipiuntur.* 3) *In templo qvæ fecerint?* 4) *Qvæ in ædibus Epiſcopalibus?* 5) *Articuli formantur & interrogatoria.* 6) *Adſertio Procuratoris, qvæ XIX. abſolvitur membris.* 7) *Expeditionem nego-*

*negotii Commiſſariis commendat idem. 8) Interrogationes teſtibus proponendas format. 9) Jurandi formula. 10) Qvænam Commiſſariis obſervanda in genere & ſpecie. 11) Teſtes confluunt. 12) Qvot diebus rem expedierint. 13) Teſtium effata rediguntur in literas. 14) Decanus & Canonici Martino Abbati pro expeditione gratias agunt. 15) Ejus & reliqvorum Commiſſariorum ad Papam literas contendunt. 16) Commiſſarii omnem expeditionem perſcribunt ad Papam. 17) Bennonis canoniſationem urgent. 18) Conventus indicitur Bornæ. 19) Lucus Hoffmannus autoratur. 20) Syllabus perlegitur & Nuncio committitur. 21) Negotium retardatur. 22) Ejus expeditio ab Alexandro Cardinalibus injungitur. 23) Ejus morte interveniente ſitum trahit. 24) Julius precibus inductus Legatis conſicien-*

*dum indicit. 25) Sed iis morte exſtinctis obſoleſcit. 26) Aliunde ad Leonem X. allegantur petitoriæ. 27) Adrianus tandem manum ultimam rei imponit, Bennonemq; Sanctorum cœtui adſcribit. 28) Legati præſentes. 29) Diploma publicatur.*

1) Cùm autem dies conſtituta, II. Octobr. anni ſuprà dicti adveniſſet, Miſenam advolarunt Commiſſarii, expeditionem
2) negotii facturi: ubi à Clero totius Civitatis cum cantu, cereis & reliqviis excepti fuerunt & introducti in templum
3) cathedrale, in qvo cantabatur primùm: Te Deum laudamus: deinde Miſſa ſolemniter peragebatur de Spiritu Sancto: in cujus medio exhortatio fiebat ad populum, veritatem miraculorum & vitæ Divi Bennonis dicerent, & exorarent Deum omnipotentem pro gratiâ Commiſſariis præſtanda, ut opus ſibi commiſſum felicius perſeqverentur, & felicisſimè conſummarent in laudem DEI & honorem
4) ejusdem ſanctorum. Poſt finem Miſſæ in

in ædibus convenerunt Epiſcopclibus ubi Syndicus Capituli Miſnenſis exhibuit ar-
5) ticulos, ſuper qvibus interrogarentur teſtes, hâc, qvæ ſeqvitur, formâ.

*Ut Reverendis Veſtris Paternitatibus, Reverendi in Chriſto Patres & Domini, Domine Johannes, præclaræ Numburgenſis Eccleſiæ Epiſcope, Domine Martine, in Veteri Cella, & Domine Matthæe in Buch, Monaſteriorum Ciſtertienſ. Ordinis, Miſnenſis diœceſeos Abbates, Commiſſarii à ſancta ſede Apoſtolicâ ſingulariter deputati, evidentiſſimè & apertiſſime conſtet, Divum Bennonem, qvondam inclutæ Eccleſiæ Miſnenſis Epiſcopum, ob ſui fidem, famam, vitam, converſationem, merita & virtutes canoniſandum & catalogo Sanctorum adſcribendum eſſe, Procurator ſeu Syndicus nomine Reverendi in Chriſto Patris & Domini, Domini Johannis, dictæ Eccleſiæ Miſnenſis Epiſcopi & Illuſtrium Priucipum ad Dominorum, Domini Friderici, Sacri Rom. Imperii Archi-mareſchalli, Electoris, & Domini Georgii, Patruorum, Ducum Saxoniæ, Landgraviorum Thuringiæ & Marchionum Miſniæ, Venerabiliumqvé Virorum, Dominorum*

rum Decani, Senioris & totius Capituli antè dictæ Miſnenſis Eccleſiæ, offert, format & exhibet articulos infrà ſcriptos ac deſcripta in iisdem, tàm conjunctim qvàm diviſim, & aliis omnibus modis, jure, & formâ, qvibus melius & efficacius fieri poteſt, in qvæ Veſtræ Reverendæ Paternitates, juxta commiſſionem à ſede Apoſtolica nobis factam, inqvirere debent in finem & effectum prædictorum.

I.

6) Inprimis Procurator ſ. Syndicus adſeruit, qvòd à decem, viginti, triginta, qvadraginta, qvinqvaginta & centum annis proximè præteritis continuè Civitas Miſnenſis, in terris Alemanniæ ſita, habuerit & habere conſveverit, prout in præſentiarum habeat, inſignem, notabilem ac ſolemnem cathedralem Eccleſiam, communiter Cathedralis Eccleſiæ Miſnenſis nomine adpellatam, qvodqve, ſalvis vacationum temporibus Epiſcopum, ut caput, habuerit, nec non Præpoſitum, Decanum & qvam plurimos Canonicos ut membra, longam latamqve diœceſin ab aliis vicinis diœceſibus diſtinctam & ſeparatam, pluraqve alia jura, ſigna & inſignia ſolemnem Eccleſiam

ſiam cathedralem conſtituentia, palam & publicè. Et hoc eſſe verum.

II.

Item, qvod ab exordio fundationis dictæ Eccleſia Cathedralis Miſnenſis plures ſucceſſivè habuerit Epiſcopos, in qvorum ordine Reverendus Pater Benno antè dictus decimus fuerit, Vir virtutibus clarus, Deo devotus, & totus catholicus, Eccleſiæ ſuæ prædictæ, qvoad vixerit, fidelis adſertor, palam & publicè. Et hoc eſſe verum.

III.

Item, qvòd tantâ Præſulatûs dignitate conſpicuus, Vir tamen eximiæ paupertatis ac ſimplicitatis & maximæ humilitatis ſemper fuerit palam & publicè. Et hoc eſſe verum.

IV.

Item, qvod ipſe Divus Benno Antiſtes fuerit in vitâ, inceſſu, converſatione & moribus prudens, ſobrius, qvietus, caſtus, pacificus, modeſtus, miſericors & mitiſſimus palàm & publicè. Et hoc eſſe verum.

V.

Item, qvod in adverſitatibus, anguſtiis & perſecutionibus, qvas Eccleſia Miſnenſis ſub illa tempora à tyrannis & perverſis hominibus ſæpius pertulit, ſtrenuus & conſtans fuerit, in privatis verò patiens palam & publicè. Et hoc eſſe verum.

## VI.

*Item, qvod per totum vitæ ſuæ tempus à pueritia, præſertim poſt collatam ſibi dignitatem Epiſcopalem usqve ad mortem, parſimoniæ, continentiæ, vigiliis, precibus, divinis officiis, jejuniis, meditationi & verbi divini prædicationi, ſuæq; carnis macerationi & mortificationi continuæ vacaverit palàm & publicè. Et hoc eſſe verum.*

## VII.

*Item, qvod in valle ſancta communiter dicta, verſus partem orientalem prope Miſenam fons qvidam, ejus patrocinio erumpens, usqve in hodiernum diem ſcaturiat aqvâ, qvi & hodienum à ſuæ ſanitatis memoriâ fons ſanctus appelletur palam & publicè. Et hoc eſſe verum.*

## IIX.

*Item, qvòd ſæpè flumen navigabile, Albim, pertranſierit palàm & publicè. Et hoc eſſe verum.*

## IX.

*Item, qvòd claves templi Miſenenſis eô tempore, qvô Henrico Marchioni Miſnenſi ob qvasdam injurias dictæ Eccleſiæ illatas ingreſſus Eccleſiæ eſſet interdictus, in Albim projecerit, qvas poſt Venerando Patre* Bennone *Româ reduce piſcis qvidam captus reſtituerit palam & publicè. Et hoc eſſe verum.*

## X.

*Item, qvòd præfatus Marchio Henricus, qvi adverſus libertatem Eccleſiaſticam ejusdem Bennonis Antiſtitis maxillam durè & enormiter percuſ-*

cuſſerat, viſione qvâdam terribili dictum Venerabilem Patrem Bennonem defunctum, baculumq́; paſtorale vibrantem obviam à longo proſpiciens, clamando; Juvate fideles mei, Benno venno venit ad me interficiendum; in terram ceciderit ſubitoqve exſpirarit palàm & publicè. Et hoc eſſe verum.

XI.

Item, qvod Wilhelmus Marchio Miſnenſis, ob varias injurias Eccleſiæ Miſnenſi illatas, in ſomnis, ut à cœptis deſiſteret, ter admonitus, tandem caudelâ qvadam accenſa ab ipſo Epiſcopo Bennone in oculo tactus luſcus factus fuerit, qvi pòſt Ecſiæ reconciliatus in eâ non pauca conſtruxerit palàm & publicè. Et hoc eſſe verum.

XII.

Item, qvòd veſtes ejus ſacerdotales ante multos annos cum exuviis in terrâ ſepultæ tempore translationis earum in tumbam editiorem integræ repertæ fuerint & incorruptæ, & in ejusmodi veſtibus in ejus qvidem anniverſario Miſſarum peragantur officia palam & publicè. Et hoc eſſe verum.

XIII.

Item, qvòd Divus Benno Epiſcopus vitam ſuam in fide catholica, Sanctæ ſedis obſervantiâ, maximâ devotione, contritione & ſan-

*& ſanctitate terminaverit palam & publicè. Et hoc eſſe verum.*

XIV.

*Item, qvòd præclarus Benno Præſul in vita & poſt mortem pluribus claruerit, prout hodiè clareat, miraculis palam & publicè. Et hoc eſſe verum.*

XV.

*Item, qvòd pius Benno Præſul qvadringentis annis proximè præteritis continuò ab omni Clero & populo omnis ſtatûs & ſexûs dictarum Civitatis & diæceſeos Miſnenſis pro beato & celebri habitus & reputatus fuerit, prout & hodiè habeatur & reputetur, & qvòd Clerus & populus omnis ſtatûs & ſexûs ipſum Divum Bennonem à tempore immemorabili venerabilem habuerit, prout & hodiè habeat, palam & publicè. Et hoc eſſe verum.*

XVI.

*Item, qvòd plures utriusqvé ſexûs homines eundem pium Præſulem Bennonem in ſuis adverſitatibus invocantes, à Deo, per ipſius Divi Bennonis, veluti piè credatur, merita & interceſſionem, auxilium obtinuerint, prout & ad oculum pateat in ſignis cereis & picturis tumbæ ejus in medio*

*dio templi adpenſis palam & publicè. Et hoc eſſe verum.*

XVII.

*Item, qvòd Prælati, Clerus & populus civitatis & diœceſeos Miſnenſis, imò advenæ ad templum Miſnenſe confluentes coram tumba prædicti Præſulis Bennonis flexis genibus ſuis ad Deum fundant orationes, ſub mitra ejus paſtorali & baculo ſeſe humiliantes, eundemqvé præclariſſimum Præſulem devotè venerantes palam & publicè. Et hoc eſſe verum.*

XIIX.

*Item, qvòd de præmiſſis omnibus & ſingulis tàm conjunctim qvàm diviſim in civitate & diœceſi Miſnenſi & locis ac terris vicinis fuerit & adhuc ſit publica vox & fama, atqvé omnium hominum utriûsqvé ſexûs communis conſenſio palam & publicè. Et hoc eſſe verum.*

XIX.

*Item, qvòd præmiſſis veris exiſtentibus, Sole meridiano clarius diſpaleſcat, ſæpè dictum Bennonem à ſacroſancta ſede Apoſtolicâ, ad qvam ſecundum Sacrorum Canonum ſtatuta refertur canoniſare beatos, ac ſanctorum catalogo adſcribere, vitâ,*

*tâ, fide, converſatione, meritis, laboribus religione, miraculis & virtutibus inclutis exigentibus, eſſe canoniſandum, & ſanctorum catalogo adſcribendum, ut ſcilicet cultus divinus & devotio promoveatur, honor Eccleſiæ augeatur, aliiqvé ad virtutes theologicas & morales invitentur in Dei laudem & honorem palam & publicè. Et hoc eſſe verum.*

7) Hinc Procurator ſeu Syndicus rogavit Commiſſarios, ut præmiſſorum diligenti habitá inqviſitione, qvæcunq; in eis inventa fuerint ex teſtibus, vel aliis producendis, per Notarios publicos conſcriberentur, & in formam authenticam redacta ad Sanctiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum, Dominum Alexandrum, divinâ providentiâ Papam, Sextum transmitterentur propediem. Sic enim Sanctitas Sua ad canoniſationis negotium memorati Præſulis Bennonis commodius procedere poſſet juxta traditæ commisſionis tenorem. Cœtera ad hujusmodi inqviſitionem opportuna ſupplevit peritia Commiſſariornm.

8) Interrogationes autem infrà ſcriptas, inq;

inqve eisdem contexta tàm conjunctim qvàm diviſim, nomine Friderici Sacri Romani Imper. Archimareſchalli, Electoris, Georgii, Patruorum, Ducum Saxoniæ, & Johannis, Eccleſiæ Miſnenſis Epiſcopi, necnon Decani, Senioris, totius Capituli & populi civitatis Miſnenſis Syndicus formavit, denuoq; teſtium in Bennonis negotio productorum & producendorum examinationem, & interrogationum cum reſponſis fidelem conſcriptionem à Commiſſariis contendit.

9) Præſcripſit idem teſtibus hanc jurandi formulam:

*Ego N. juro, me ſuper articulis in negotio canoniſationis Divi Bennonis, Patris, olim Epiſcopi Miſnenſis & de qvibuscunq; interrogatus fuero, & qvæ aliàs mihi inciderint, totam & meram, qvam novero, veritatem eſſe dicturum, falſitate, præmio, adfectu, timore & commodo excluſis. Sic me Deus adjuvet & ſanctum ejus evangelium.*

10) Ut verò ſua teſtimoniis conſtaret autoritas, hæc Commiſſariis obſervanda commendavit in genere;

*Moneatur teſtis de pœna perjurii, & qvomodo teſtis falſidicus tribus perſonis ſit obnoxius, & præſertim in tàm arduo & pio negotio præſenti, primò Deo omnipotenti, cujus præſentiam contemnat;*

*dein-*

deinde judici, præſenti in cauſa Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ, qvem mentiendo fallat; poſtremò in caſu iſto toti Eccleſiæ, qvam falſo teſtimonio lædat.

Pòſt qværatur à qvovis teſte, qvodnam ei ſit nomen & cognomen, è qva patrià ſit oriundus, cujus ætatis, ſtatûs & conditionis ſit, an ſit nobilis vel plebejus, clericus vel laicus, civis vel ruſticus, uxoratus vel ſolutus.

Item interrogetur teſtis, an ſit dives vel pauper, & qvantum habeat in ſuis bonis, mobilibus & immobilibus.

Item interrogetur, an aliqvid ſit ei datum vel promiſſum, ut dicere teſtimonium debeat in tali negotio.

Item, an habeat ſpem aliqvid ab aliqvo conſeqvendi pro eo, qvod in hujusmodi negotio teſtificetur.

Item an ſit excommunicatus majori excommunicatione vel proſcriptus.

Item an viderit articulos, de qvibus teſtimonium dicere debuit, & qvis eosdem oſtenderit, & an ſit inſtructus, qvod teſtiſicari debeat in præſenti negotio.

Item, an ſit ſubornatus, & an colluſerit cum aliis teſtibus.

In ſpecie

Circa primum articulum, qvi incipit: Inprimis Procurator &c. Si teſtis dixerit, eundem articulum eſſe verum, interrogetur de cauſa ſcientiæ ſuæ, & an

*& an & qvando in Eccleſia Miſnenſi fuerit, ac ubi & qvo in loco ipſa Eccleſia Miſnenſis ſit ſita.*

*Circa ſecundum articulum, qvi incipit: Item, qvid ab exordio fundationis &c. Si dicat teſtis, articulum eſſe verum, interrogetur de cauſa ſcientiæ ſuæ.*

*Circa tertium, qvi incipit: Item, qvod tantâ Præſulatûs dignitate conſpicuus &c. Si teſtis dixerit, articulum eſſe verum, inqviratur in cauſam ſuæ ſcientiæ.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Item interrogetur à teſte circa* | *qvartum* | *qvi incipit* | *Item, qvod ipſe Divus Benno* | *&c.* |
| | *qvintum* | | *it. qvod in adverſitatibus* | |
| | *ſextum* | | *it. qvod per totũ vitæ ſuæ tempus* | |
| | *ſeptimũ* | | *it. qvod in valle ſancta.* | |
| | *octavum* | | *it. qvod ſæpe flumen* | |
| | *nonum* | | *it. qvod claves templi* | |
| | *decimum* | | *it. qvod præfatus Marchio* | |
| | *undecimum* | | *it. qvod Wilhelmus Marchio* | |
| | *duodecimum* | | *it. qvod veſtes ejus ſacerdotales* | |
| | *decimum tertium* | | *it. qvod Divus Benno* | |

*Et ſi teſtis de cauſa ſcientiæ ſuæ circa prædictos articulos conjunctim & diviſim interrogatus reſponderit, ſe ita audiviſſe, tunc inqviratur, ubi & à qvibus ita audierit.*

*Circa decimum qvartum articulum, qvi incipit, qvod præclarus Benno Præſul &c. Si teſtis dixerit, articulum eſſe verum, inqviratur ab eodem diligenter cauſa ſcientiæ. Et interrogetur, qvid ſit miraculum, & ſi teſtis reſponderit, aliqvod in ſe contigiſſe miraculum, inqviratur cautè, qvaliter & qvando, ubi & qvomodo contigerit, & an aliqvis fuerit præſens, & qvîs iſte fuerit? & ſi fuerit reſtitutus, ſanitati, ſeu, ſi evaſerit aliqvod periculum an ejusmodi ſanitas duraverit, & ad qvantum tempus? an denuò in tale periculum, qvod evaſit, inciderit, & an poſt reſtitutam ſanitatem, ſeu, poſtqvam evaſerit periculum, illi, cujus precibus tale miraculum acciderit, adſcribat? Si verò teſtis dixerit, ſe interfuiſſe eô tempore, qvô aliqvod accidit miraculum, interrogeretur, qvid ſit miraculum, & an aliàs interfuerit, & qvis iſte fuerit, qvaliter, qvando, ubi & qvomodo & cujus virtute ſeu precibus hoc actum ſit, & repetantur ea, qvæ ſuprà circa eundem articulum adducta ſunt, mutatis tantùm mutandis.*

*Circa decimum qvintum articulum, qvi incipit: Item, qvod pius Benno &c. Si teſtis dixerit, articulum verum eſſe, interrogetur diligenter de cauſa ſcientiæ ſuæ, ac qvaliter qvis dicatur reputatus pro ſancto. Et ſi dixerit, ſe audiviſſe, inqviratur: à qvibus?*

Circa

*Circa decimum ſextum, qvi incipit: Item; qvòd plures utriusq; ſexûs homines etc. Si teſtis dixerit, articulum verum eſſe, inqviratur diligenter in cauſam ſcientiæ ſuæ ac qvis iſte fuerit, qvi in ſuis neceſſitatibus, infirmitatibus & periculis Reverendum Bennonem invocans à Deo, per ipſius Bennonis merita & interceſſionem, auxilium conſecutus fuerit, & qvæ fuerit ejus neceſſitas, infirmitas & periculum, & unde hoc ſciat, qvòd talis ob merita & interceſſionem Divi Bennonis à ſua infirmitate ſeu periculo libertatus. Seu à DEO auxilium conſecutus fuerit. Et unde ſciat, qvòd ſigna cerea, tabulæ, picturæ ac vincula ferrea circa tumbam Bennonis dependeant, & qvid ea ſignificent?*

*Circa decimum ſeptimum articulum, qvi incipit: Item, qvòd Prælati, Clerus & populus etc. Si teſtis dixerit, articulum verum eſſe, inqviratur in cauſam ſcientiæ ſuæ, & cur homines ad tumbam pii Bennonis Epiſcopi accedentes ſe humiliter inclinent genua flectendo, ac eundem Præſulem devotè venerando?*

*Circa decimum octavum articulum, qvi incipit: Item, qvòd de præmiſſis omnibus & ſingulis etc. Si teſtis dicat, articulum verum eſſe, interrogetur diligenter de cauſa ſcientiæ ſuæ, & an, qvæ fama ſeu communis adſertio probat, audierit, & à qvibus, qvæ in articulis narrantur & deducuntur, audierit, & cujus ætatis iſti fuerint, à qvibus audiverit, et qvando, et qvoties ea audiverit?*

*Circa ultimum articulum, qvi incipit: Item, qvòd præmiſſis veris exiſtentibus etc. Si teſtis dicat, articulum eſſe verum, inqviratur in cauſam ſcientiæ ſuæ.*

Cœtera ſupplenda peritiæ examinatorum commiſit.

11) Confluxerunt autem ad Commiſſarios teſtes circa ſexaginta & amplius, qvi poſt juramentum præſtitum ſuper præfatis articulis plurima ſingulatim enunciarunt.

12) Unde & Commiſſarii per ſeptem fermè dies continuos coacti fuerunt ibidem reſiſtere, illorumqve atteſtata recipere.

13) Qvatuor dehinc menſium ſpaciô teſtium effata in publicam & authenticam formam redegerunt per Notarios.

Qvibus peractis Decanus & Canonici Miſnenſes ad Martinum, Veteris Cellæ Abbatem has curarunt literas:

EHrwürdiger/ in GOtt Vater/ günſtiger lieber Herr. Unſere willige Dienſte ſeyn Eurer Ehrwürd. allezeit zuvor.

14) Ehrwürdiger Herr und Vater.

Wir bedancken Uns höchlich gegen Eu. Väterliche Ehrwürd. vor den ungeſparten Fleiß/ welchen Sie mehrmahlen/ in Geſchäff-

ſchäffte den werthen lieben Vater Biſchoff
Bennen betreffende/ willig erwieſen/ wo-
durch/ GOtt Lob/ die Päbſtliche erlangte
Commiſſion ihre Folge erreichet/ befohlener
und vorgenommener Händel verzeichnet/
ins Regiſter bracht/ verſiegelt/ und einigen
geſchwornen Bothen gen Rom zu bringen
überantwortet ſeyn/welches wir nun um Eu.
Ehrw. zu verdienen ſtetigſt eingedenck ſeyn
werden. Und dieweil zu Föderung/ um
ſolch Regiſter deſto anſehnlicher zu Rom für-
15) zubringen/von nöthen ſeyn will/unſers gnä-
digen Herrn von Naumburg/Eu. Ehrwür-
den und des Herrn von Buch/alß ſämtlichen
Commiſſarien Schrifft an unſern heilig-
ſten Vater dem Pabſt mit beyzulegen/haben
wir gedachten Herrn von Naumburg dieſel-
be uff unſer anzeigen/ und wie Seine Gna-
den vors beſte erkennet/ zu verfertigen erſt-
lich angeſucht/und den Brieff verſiegelt ſamt
einer Abſchrifft gegenwärtigen Zeigern zu
überantworten gebethen/ der denn förder-
lichſt Eu. Ehrwürd. die Copie zu verleſen
und den Brieff auch zu verſiegeln zubringen
ſoll. Hierbey/ Ehrwürdiger Herr und
Vater/ iſt unſere fleißige Bitte an Euch/ Ihr
wollet dergleichen Schrifft auch verfertigen/
und

und ſolche mit eurem Siegel verſiegeln/und dem Bothen mit ſamt der Copie wieder reichen / und weitern Befehl deßwegen ertheilen. Solches ſeyn wir um dieſelbe E. Väterlichen Ehrwürd. allezeit freundlichſt zu verſchulden willig. Gegeben zu Meiſſen/ Mittwochs nach Scholaſtici, Anno Domini &c.

Dechant/Senior und gantze
Capitul des Thum-Stiffts
zu Meiſſen.

Dem Ehrwürdigen Herrn
Martino, Abte zur alten
Zelle/ unſern günſtigen
Herrn und Vater ꝛc.

Tot precibus pellecti Commiſſarii ad
16) Papam, Alexandrum VI. expeditionis rationem ſic perſcripſerunt:

*Sanctiſſimo in Chriſto Patri, & Domino, Domino Alexandro VI. Pontifici Maximo, Domino Clementiſſimo, Sanctitatis Veſtræ humiles & obedientes Johannes Epiſcopus Numburgenſis, Martinus in Celle & Matthæus in Buch Monaſteriorum Abbates humilem ſubjectionem cum obedientia fideli.*

*Red-*

*Redditæ ſunt nobis jampridem, Beatisſime Pater, & à nobis debitâ reverentiâ ſuſceptæ literæ Sanctitatis Veſtræ in formâ Brevis, qvibus Sanctitas Veſtra inqviſitionem in vitam, merita & miracula divi Bennonis, qvondam Epiſcopi Miſnenſis, eorumqve continuationem, perſeverantiam, rationem ac populi ad ipſum devotionem, teſtiumqve legitimorum perducendorum examinationem ſigillatim, & debitâ diligentiâ inſtituendam, atteſtationumq; in publicam & authenticam formam redactarum ſummam ad Sanctitatem Veſtrã literis clauſis, noſtrisqve ſigillis munitis, transmittendam nobis injunxit. Nos itaqve pro eâ, qvam debemus, obedientiâ qvosdam teſtes, coram nobis ritè productos, examinavimus, cæteraqve documenta recepimus, eaqve omnia ſummo ſtudio in authenticam & publicam formam redacta clauſa & ſigillis noſtris munita Viro integro Lucæ Hoffmanno, Clerico Miſnenſis diœceſeos, tabellario noſtro, hujusqve negotii jurato tradidimus ad Sanctitatem Veſtram perferenda, humiliter deprecantes, velit Sanctitas Veſtra hujusmodi atteſtationes & documenta, ut & Syllabum ex-*

 *inde*

*inde confectum benignè accipere, ac ſi iſtic qvicqvam à nobis minus diligenter factum eſſe, invenerit, id omne humanæ imbecillitati, non deſidiæ adſcribere, paternâ pietate in melius & interpretari & emendare, deniqve in noſtri conſolationem præſenti id negotio ad preces tot hominum attende-*
17) *re, Divum Bennonem in Sanctorum catalogum referendo, honoriqve ejusdem, populiqve expectationem ſatisfaciendo. Experietur procul dubio Sanctitas Veſtra eundem Bennonem gratum interceſſorem apud Deum ter Opt. Max. Dat. noſtris ſub Sigillis XIV. Cal. Mart. anni &c.*

18) Sicq; finem impoſuerunt negotio, Bornæq;, qvæ eſt oppidum diœceſeos Martisburgenſis publicum pòſt egerunt conventum, negotio, teſtibusq; contradicentes citaturi, non comparentibus contumaciam inducturi. Jurejurando autem
19) obſtrinxerunt ibidem nuncium, Lucam Hoffmannum, Clericum Miſnenſem, fidelem ſeſe haberet, Syllabumq; ſibi cum literis tradendum Sanctisſimo in Chriſto Patri ipſemet exhiberet. Cœtu dimiſſo
20) perlegerunt Commiſſarii Syllabum, qvô teſtium enunciata conſcripſerant, librum pla-

planè ſpiſſum, habentem ſexaginta ſex lati papyri ſexternas, folia verò XIV. & amplius, ad qvem à Scribis & Notariis conficiendum ultra ſexaginta ſex florenos impenderunt. Perfectum ſigillis ſuis munierunt, ſicq; Procuratori & Nuncio Capituli Miſnenſis commiſerunt. Ve-
21) runtamen negotium Deorum pedibus inceſſit. ωωωω) Aliter enim catuli longè olent, aliter ſues. Igitur non præter rem
22) Alexandro videbatur, ſi, nunqvid fraudium fortaſſean ſubeſſet, curiosâ mentis pu-
23) pillâ indagaret per Cardinales. Turbavit autem Pontificis mors inſecuta omne, qvicqvid erat negotii, ſpemq; adeò omné de felici progreſſu unâ veluti liturâ expunxit. Ne autem ſegnius partes ſuas ageret Decanus & Canonici, Julium pòſt
24) obſecrarunt denuò pro examine vitæ & miraculorum Bennonis inſtituendo. Injunxerat Julius Raymundo Gurceno, Melchiori Brixinenſi & Domino Alexandrino tàm grande negotium, ſed nec confi-
25) cere poterant morte exſtincti. In iſto
26) temporum tractu neſcio qvi Leonem X. interpellarunt hunc in modum:

*Solebant majores noſtri, Beatiſſime Pater, iis, qvi de nomine Chriſtiano benè meriti eſſent, divinos honores decernere, à qvâ pietatis ratione Chriſtiani homines hâc noſtrâ ætate minimè abhorrent. Tu enim optimus es teſtis, qvanto ſtudio & diligentiâ Galli ſuperiori anno contenderint, ut Franciſcus Minoritanus, ſanctiſſimus qvidem ille, unus ex Divis Optimis Maximis à Te judicaretur. Qvorum Tu voluntati juſtæ qvidem illi & honeſtæ, pro Tua ſingulari erga bonos omnes benignitate, deeſſe noluiſti. Qvod cùm rectè, honeſtè & libenter feceris, magnam Tu nobis ſpem oſtendiſti, nunc aliqvaudo futurum, ut Bennonem excellenti virtute præditum, ac planè Divinum, in Divorum numero referas. Qvod ſi ita, uti ſperamus, abs Te fiet, videberis Tu qvidem Sanctiſſimo Viro ampliſſimum virtutis fructum tribuere. Id qvod & Te dignum erit, & Chriſtianis hominibus gratum ac ſalutare.*

Longum deincips vitæ texuêrunt ordinem multa ſubnectentes, qvæ poſt mortem ejus acciderunt, ſuumq; petitum iterarunt. Sed obſoleverat planè penitus in animis, donec Anno poſt Chriſtum natum

tum 1523. d. 31. Maji. ut omnem rationem
decoxiſſe, & Viri ſceleratisſimi adprobare
27) neqvitiam videretur Adrianus VI. expe-
ditionis velum traheret, Bullamqve, ad
qvā obtinendam Jo. Schleinitzius ααααα)
tunc temporis Miſenæ Præſul, Romam
ipſe profectus fuerat, concinnaret, & cum
qvodam Antonino Florentino Antiſtite,
Bennonem, piaculum hominis, publicâ in
Panegyri Sanctorum cœtui adſcriberet.
28) βββββ) Solemnitati interfuere legati
à Georgio Cæſar Pflugius & Jo. Werte-
rus, ambo Eqvites, à Friderico III. Electo-
re Georg. Pontanus, Fabianus Felicius,
& Hugoldus Einſiedelius, Eqves. Procu-
ratores in Curiâ Pontificis Joannes Hen-
ningus & Jacobus Gertovicius Publica-
29) vit autē diploma Epiſcopꝰ d. 7. Septembr.
in qvo *ut meritum extollitur, qvòd Benno
ſolus, cùm univerſi Germaniæ & Galliarū
Epiſcopi Imperatoris juſſa faceſſerent, Gre-
gorio VII. Pontifici paruerit. Deinde re-
cenſentur miracula, qvæ vivus edidit,
qvod claves Eccleſiæ, Imperatori ejusqve
Legatis occluſæ in Albim projecerit, qvæ
pòſt in piſcis ventre repertæ & Bennoni
reſtitutæ fuerint: qvòd Albim ſicco pede
tranſi-*

*tranſierit: aqvam in vinum mutarit: fontem è terra elicuerit: uno tempore in duobus locis Meſſias celebrarit: Marchioni alapam infligenti mortem poſt annum certò prædixerit.* Nec pauciora poſt mortem referuntur, qvòd Gvilielm. Marchioni in ſomno adparens oculum excuſſerit, qvod tamen planè improbat B. Lutherus. γγγγγ)

## Caput XVI.

* * * *

# LEMMATA.

1) *Tractatio exuviarum inſtituitur.* 2) *Indulgentiarum diſpenſatio.* 3) *Notatur hominum ſimplicitas.* 4) *Bennonis reliqviæ.* 5) *Subjungitur concluſio ex Agendis cum voto.*

1) CONditorium ſuum humili in loco fieri juſſerat Benno. Ne igitur & heic ſuis deeſſent partibus, exuvias ad templi medium tranſtulerunt circa annum 1270. oſſaqve decumana, tumbam dehinc elevaturi, palis rutrisqve aureis & argen-

argenteis effoderunt à terra, poſteaqvam à Pon-
tifice Sanctorum jam inſertus eſſet catalogo.
2) δδδδδ] Accedebant ad panegyrin hanc indul-
gentiæ largiores, qvibus iterum fraudes finxe-
runt qvaſi de colludio inter ſimpliciores. Rari
3) qvippe erant, &

- - *vix totidem, qvot*
*Thebarum portæ, vel divitis oſtia Nili* εεεεε)

qvi prudenter ſatis animum adverterent, qvid-
qve molirentur, rectè intenderent, qvod præ-
ſentes conſpicarentur Johannem Miſnenſ. & A-
dolphum Mersburg. Præſules, Georgium & Hen-
ricum, Saxoniæ Duces, Georgii filios, Joannem
& Fridericum Henrici filios Mauritium & Se-
verinum: è Comitibus Mansfeldium, Leiſni-
cium, Barbienſem & nobiliores complures. ζζζζζ)
Adeò haud injuriâ in proverbii conſvetudinem
jam olim venit, qvô dicunt, *mundum non refra-*
*gari, qvò minus ſæpius fallatur.* Inter reliqvias
4) ηηηηη] pædum ambitioſè crepant, caſulamqve
nugivendi Papæi, qvæ omnis expers corruptio-
nis ann. 1270. in tumba reperta, Monachiumqve
inſigni cum feſtivitate ann. 1575. transmiſſa cum
oſſium congerie creditur. Adeò comminiſcun-
tur, qvæcunqve volunt, ac febrici tantium mo-
re ſomniant miraculorum mangones. Faceſ-
ſant autem cum miraculis & reliqviis per ſe fu-
tilibus ac putidis in Morboniam: offuciæ ſunt,
fumi ac nebulæ, ſi ſeriò loqvi velimus & ex a-
nimo tantumqve recedunt à vero, θθθθθ]

*Qvan-*

*Qvantum Hypanis Veneto diſtat ab Eridano.*

Sed qvid nugas moramur diutius, qvarum ipſos ſuppuduiſſe videmus cordatiores Papiſeqvas. Concludimus verbis præfationi veter. Agend. præmiſſis:

5) Es mag der Satan ſamt ſeinen ungelehrten bittern/ boßhafftigen Papiſten wüten/ zörnen und ſpotten/ gleich als er wolle/ und nenne unſere Lehre und Gottesdienſt Kätzerey in Ewigkeit ꝛc. ſo wiſſen wir/ daß es die älteſte rechte Apoſtoliſche Ordnung iſt/ und ſchämen uns (wie Paulus zu den Römern ſagt:) des Evangelii von Chriſto nicht/ wie verächtlich es bey den gottloſen Papiſten/ Heuchlern/ (welche Chriſtus der HErr Ottern und Schlangen nennet) gehalten iſt. Sinds gewiß und wiſſen fürwahr/ GOtt wird ſein angefangen Werck fortführen/ unſere rechte beſtellte Pfarren als heilige Wohnungen und Häuſer GOttes erhalten/ und an ſtatt Bennonis und dergleichen Götzen und Abgötterey Chriſten und das Evangelium pflantzen. Rogamus autem ſupremum animarum noſtrarum Epiſcopum, velit ille, pro ſuâ in nos clementiâ, ab Eccleſiis noſtris, miniſterio Lutheri repurgatis, omne adverſum & luctuoſum cum maximè avertere fatum, contraqve eas in doctrinæ ſinceritate & vitæ ſanctimoniâ, ad extremum usqve mundi terminum, conſervare.

JESU

# JESU!
## ANIMARUM NOSTRARUM
# EPISCOPO FORTUNANTE!

* * * *

# SUPPLEMENTA.
ad
*PRÆFAMEN.*

α] P*Erhonorificinm eſt Epiſcoporum munus* ) ut καλὸν ἔργον Timotheo recommendatum vid. 1. Timoth. III. 1. Lutherus vertit: Ein köſtlich Werck.

β] *Sacratiſſimus Imperatorum Juſtinianus*) Felix, Inclutus, Victor, Triumfator, ſemper Auguſtus hinc inde; imò Divinus JCtis dicitur. An verò hæc qvadrent cum iis, qvæ apud Evagrium & Procopium in ἀνεκδότοις ſatis injuria leguntur, viderint alii. Nos meritò grande commendamus negotium, qvô conſulta Veterum in juſtum Volumen, Corpus Juris ſic dictum, redegit.

γ] *Epiſcoporum munus omnium bonorum comple-*

men-

*mentum, cum imperio ſeculari, abſolvit)* vid. Novell, VI.

δ] *Utrumq; à DEO)* Rom. XIII. 1. 2.

ε] Εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν *omnia fieri Juſſit)* 1. Cor. XIV. 40. Paulusqve præcepti tenax, Timotheum monet, oracula divina dextrè proponeret, ne confunderet diſtincta, nec diſtraheret conjuncta II. Tim. II. 15. de hoſtiarum ſectione inſtituenda ex ordine vide ſis Exod. XXIX. 17.

ζ] *Rectisſimè ſtatuit Chryſoſtomus)* L. III. de ſacerdot.

η] *Cum angelis commune, imò ſanctius nomen eſſe voluit Epiſcopi nomen)* ceu refert Guilielm. Lamormain in vita Ferdinand. II. c. IX. qvoties Paſtores funguntur officio ſuo, reverenter ſunt audiendi tanqvam Angeli DEI, per qvos nobis loqvitur Chriſtus. Eraſmus in præf. paraphraſt. N. T. Ferdinandusqve II. adeò dicere ſolitus eſt, ſi qvando Angelus & ſacerdos ſibi occurſarent inſimul, ſe prius ſacerdoti, poſt Angelo adfectum pietatis probaturum vid. Lamormain jam citat, eod. l.

θ] *Cui ipſe anteà corpora commiſerat.)* vid. cap. valentinianus 63. diſt. & Theodoret. hiſtor. Eccleſ. l. IV. c. 6. 7. p. m. 397.

ι] *Homo DEOS judicet.)* prout notat hiſtoria tripartit. vid. præterea Auguſt libr. IV. de C. D. c. 25.

κ] *Dionyſ. Hilicarn.)* libr. XI.

Eſt

λ) *Eſt omnium, honoratiſſimum Legatus*) vid. ἀρχαιολογίας Judaicæ Scriptoris l. XV. citante: Hugone Grotio de jure belli & pacis II. 18. n. 1. p. 463. ut adeò Totilas, Gothorum Rex, à barbarie non alienus, minus barbarè ap. Procop. l. III. hiſt. Goth. p. m. 342. dixerit: Omnibus barbaris mores eſſe, Legatos venerari. Sancti habentur l. ſanctum. 8. ff. de rer. diviſ. Eorum corpora ſacroſancta. Dionyſ. l. V. hiſt. eorumqve nomen apud omnes nationes ſanctum. Cæſ. III. de bello Gall. de Legatis ex profeſſo ſcripſerunt Magius Gentilis, eruditè non minus atqve ad uſum Fredericus à Marſalaer & Carol. Paſchalius.

μ) *Busbeqvius*) Legat. Turcic. ep. IV. p. m. 410. 411.

ν) *Ammian. Marcell.*) libr. XXIII.

ξ) *Ἀγγελοταξία &c.*) qvam vid. ab Eccio part. III. Poſt. homil. V. in feſt. Michaëlis deſcriptam. Qvod verò Dionyſium hunc qvidam Areopagitam in Actis cap. XVII. notatum ſtatuant, abſurditatem incurrunt, cùm ſcriptum ſit longè citerius, qvàm ut Apoſtolorum tempora attigerit.

ο] *Seldenum*) in Eutychii Orig. Alexand. p. 13.

π) *Papa.*) Joſeph. Scaliger c. X. Elenchi Trihæreſii ab Hebræo qvodam nomine Papæ etymon videtur deducere. Barthius contrà Adverſ. l. LX. à Gothis aliisve barbaris cœpiſſe hoc vocabulum exiſtimat, qvibus Papa ſacerdotem, ve-

teri Germanorum lingvâ, ſonuerit, multis poſt ſe parasangis relinqvens Franciſcum Junium, Codini Scholiaſten, qvi Germanos è fonte Latio hauſiſſe ſtatuit, inqve caſtra Platonis tranſiens, qvi jubet in Cratylo, ut nominum origines & barbaricas lingvas qvippe antiqviores revocemus vid. Cambden. in Brit. præf. ad Lect. Papæ nomen extat ap. Ignat. in epiſt. ad Mariam Caſſobol. qvæ tamen eſt una ex dubiis & ſuppoſititiis. Papatus Romanus edit. Londin. 1617. Chamier & Molinæus de Oecumenico Pontif. Genev. IIX.

ς) ἐπισκοπεῖν) qvando Athenienſes olim Vicarios ſuos amandabant, ut civitati alicui gubernandæ præeſſent, vocabant ἐπισκέπτεσθ sive ἐπισκοπεῖν, erantqve Epiſcopi velut rerum arbitri conſtituti, qvi perqvirerent de his, qvæ ad jurisdictionem. publicas injurias, liteſqve ſpectabant. vid. Gulielm. Poſtellus Barentonius Mathem. qvondam in Academ. Pariſ. Profeſſor Regius in de Magiſtratibus Athenienſ. libr. c. XXXV. de Epiſcopis. Qvem in ſenſum Arpini decus Tullius l. VII. ad Attic. ep. II. Vult me Pompejus eſſe, qvem tota hæc Campania & maritima ora habeat ἐπίσκοπον, ad qvem delectus & ſumma negotii referatur. In Roman. Legibus L. 18. §. 7. de annonæ præfectis; in Bibliis græcis de vigilibus, laborum inſpectoribus, cumprimis Eccleſiæ miniſtris accipitur, qvibus inſpectio & vigilantia debet eſſe commendatiſſima. Act. XX. 28.

Spe-

σ) *Speculatores)* Speculatores mittendi. vid. Lipſ. l. IV. Polit. c. 10. §. 13. Piccart. dec. 7. 4. Bernegg. ad c. 2. l. 18. Juſtin. 4. 6. de Legatis ſpeculatricibus Paſchal. c. 41. in tr. de Legat. de Annibalis ſpeculatore, cui ambæ manus abſciſſæ fuerunt Romæ. Liv. l. XXII. c. 33.

τ) צֹפִים) Ezech. III. 17. XXXIII 7. Habac. II. 1.

υ) *Prudentioribus & literatis &c.)* Imperitis enim beneficia non eſſe conferenda certi juris eſt C. illiteratus diſt. 36. C. Pœnitentes, diſt. 55. & Sacerdotes diſt. 49.

φ) *Annum tricesimum jam ſupergreſſis)* vid. Synod. Agathenſis C. Epiſcopus diſt. 77.

χ) *Difficultatum & moleſtiarum intuitu &c.)* Juſtinian. l. 31. cod. de Epiſcopis & Cleric. Ammianus ſanè, ne humeris ſuis imponeretur ad inſtantiam Theophili Epiſcopatus, aurem ſibi præſcidit, longè acerbiora minitatus, ſi qvando invitum eſſent gravaturi. Ephremqve ſimulavit amentiam, ut eô ipsô indignum ſe faceret. vid. Finck. Conc. inveſtit. ſuper Pſ 134. habitam, eamqve Poſtill. Eccleſ. & Acad. ad nexam p. 593. ſeq. Grande interim admiſit nefas, qvicunqve T. IX. Opp. Hieron. c. 15. in regula Monachorum ſcripſit: Adparuiſſe patruo ſuo. defunctum qvendum eiq; retuliſſe gratias, qvod infulam olim oblatam disſvaſerit, adjectis verbis: Scio, qvia nunc eſſem de numero damnatorum, ſi fuiſſem de numero Epiſcoporum.

ψ) *Luxus)* vid. omninò Kronmayer. hiſt. Eccleſ. centur. 10. p. 349. qverulas Hermanni, Epiſco

ſcopi Pragenſis, ob luxum admiſſum in agone fuſas habes ap. Martin. Boregkium Chron. Bohem. p. 134.

ω) *Circa Ottonum tempora*) qvod de Epiſcopali dignitate non fuerit certatum ante Ottonis I. tempora, vid. Camerar. centur. 3. c. 7.

αα) *Seculo decimo infelici*) vid. ipſe Baron. ann. Chr. 908. S. 3.

ββ] *Neceſſitatem perſtringendi Epiſcopos*) vid. des Heil. Römiſchen Reichs Stände Beſchwerden/ ſo ſie gegen dem Stuhl zu Rom und dem gantzen geiſtlichen Stand haben übergeben uf dem Reichs-Tage zu Nürnberg ann. 1522. apud Goldaſt. T. II. Act. publ. p. 197. ſeqq. nec non Gaſpar. Guttelii dialogum 1522. Erfurti excuſum, cujus præfatio ſcripta eſt vigiliâ S. Bartholomæi. In qvo, ut obiter hæc addam, Epiſcoporum & Prælatorum mores, inſectatur, ut armati incedant, bella gerant, & ſangvinem Chriſtianum effundant, ut otia delitioſa qværant, im Schachtziehen/ in Brettſpielen/ rümpfen/ flüſſen/ ſcherwentzeln/ karnöffeln/ bockmänteln ꝛc.

γγ] *Libertatem ſibi poſt ſumebant*) Biſchöffe wollen nicht mehr mit denen andern Geiſtlichen leben/ ſingen/ bethen ꝛc. ſondern halten Pferde/ Hunde ꝛc. und laſſen das Ambt ihre Subſtituten verrichten. Freiberg. Germ. perturb. reſtaur. diſc. 7.

δδ) *Vicariis operas ſuas demandare*) Solo qvippe ſuperbiunt titulo. Ita ludere in maximis rebus

non

non eſt verita, poſtea qvam os perfricuit, & omnem pudorem abjecit, ſuperſtitio vid. Camer. de vit. Melanchth. p. 382. it. Manlius in Collect. T. III. p. 493. qvid vel ipſi Tridentini de iisdem judicent vid. Petr. Svav. hiſt. Conc. p. 802.

εε) *Eqvis vacare*) qvomodo Theophylactus, Patriarcha. Conſtantinopolitanus, ſacrorum celebratione interruptâ ad ſtabulum feſtinarit, ab eqvâ parturiente pullum excepturus. vid. Zonar. 4. 156.

ζζ *Venationibus vacare*) Privilegia de venationibus ab Ottone III. flagitaſſe & obtinuiſſe Herponem, Epiſcopum Verdenſem, autor eſt Kronmayer. l. ſuprà citat.

ηη) *Cum concubinis habitare*) Albertus V. concubinas ſuas in ſoliis perinde, ut ſanctuaria, magnâ cum pompâ & oſtentatione, cereis & ſignis lupanari ſuo inferre curavit. Leg. Luther. VII. Altenburg. f. 394.

θθ) *Benno*) Benno veteri Slavorum lingvâ benedictum denotat, qvô nomine floruerunt Viri illuſtres & longè nominatiſſimi, Dux Saxon. & Luneburg. fato functus anno ſupra milleſimum decimo, eodem, qvô Benno noſter vitam auſpicatus. Epiſcopus Oſnabrucenſis, Præſul Oldenburgenſis, Antiſtes Trajectenſis. De Bennone benè multa recenſet Helmold. l. 1. chronic. c. 18. ſed VII. Epiſcopo Altenburgenſi vid. Bucelin. Menol. Bened. ad 18. Octobr. in vita ſ. Bernhardi à Tangmaro Presbytero conſcripta & à Brovero

edita. p. 40. Bennonem qvendam refert Baron. an. Chr. 999. 1044. 1073. 1079. qvi ab Antipapa Gilberto, Clemente III. dicto, Cardinalis creatus ſcriptis Satyricis inſectatus eſt Sylveſtr. II. Gregor. VI. & VII. Vixit Miſnæ Benno Hennitius Canonicus, qvi è libris vetuſtioribus ſpeculum, ceu vocant, Saxonicum emendatum publici juris fecit. Georg. Fabric. Annal. urbis Miſn. l. 3. p. 93. Exſtant & de alio qvodam Bennone Pſeudo-Cardinali qvædam ap. Baron. Tom. XI. Annal.

u) *Cujus vitæ ſummam in tabella brevi ſuſpendimus*) Latius qvippe ejus vitam recitant Hieron. Emſerus peculiari libello Lipſiæ edito & Georgio Duci Saxon. dedicato, à Joachimo Fellero νῦν ἐν ἁγίοις ex inſtructiſſimâ Lipſienſium Paulinâ hanc in rem nobis communicato. Cui jungatur Bucelin. Menol. Bened. p. 482. ſeqq. Baron. T. XII. Annal. ad ann. 1117. num. VII. f. 115. Surius T. II. Vit. Sanct. p. 909. Luther. tractat. wieder den neuen Abgott und alten Teufel/ der zu Meiſſen ſoll erhaben werden/ T. II. Imp. p. 781. ſeqq. Laurent. Fauſt. in Chron. Miſenenſ. deqve ejus canoniſatione Vir dum vivebat Illuſtris ac Generoſiſſ. Dominus Vitus Ludovic. à Seckendorff, Sereniſſ. Duci Saxon. DOMINO JOHANN. GEORGIO, à conſiliis intumis &c. in aureo de Lutheraniſmo Commentario §. CLXI. p. 404. ſeq. alliqve.

ad

## Ad
## Cap. I.

κκ) W*Oldenbergenſium Comite* ) non Wollenbergenſium, prout Langius Chron. Citiz. p. 764. nec Bullenbergenſium, ut Bucelin in Menol. Bened. p. 428. ſcribunt. Meinardo ſuccedit Benno è nobili familiâ Saxonicâ Comitum Woldenburgiorum. Georg. Fabric. Annal. urb. Miſnæ l. 1. p. 26. pergit idem: Recentiores nonnulli Slavum fuiſſe dicunt, eiq; pagum Gœdam patriam adſignant, qvô in locô concionatum, & ſacellum ſtruxiſſe fama eſt, ſed vulgi ſermone, cui fabulam relinqvimus. Id l. c. Vis originem? Cùm Slavos, qvi utramq; Albis ripam in ſuâ diœceſi circumſederant, à ſuperſtitione gentili revocaret, eorumq; haud exiguum numerum lucrifaceret, à multis huc usq; Slavos audiit. Id qvod nec Emſerus diſſimulat in de Bennonis vita.

λλ) *Bezela* ) à bono Zelo nomen habere ludit Emſerus l. c.

Ad

Cap. II.

μμ) *AD Bernhardum diſceſſit*) qvem & ex illuſtri Comitum ſangvine ſatum, Bennonisqve conſangvineum & ad finem ſtatuit Emſerus loc. pluries citando. Chriſtian. Franciſc. Paullinus in theatro Illuſtr. Vir. c. XXVIII. Bennonem Corbejæ alumnum fuiſſe ſtatuit. Eſto, infit, qvod primum pueritiæ florem Hildeſii in laudato monaſterio conſumſerit, annon poſteà Corbejam deduci potuit, & iterum abhinc Hildeſium, deniq; in Miſniam? ſi qvis tamen evicerit contrarium, ei victas dare manus nullus abnuit.

νν) *ADjutum ivit ejus ſtudia*) de educatione Jacobus Sadoletus librum ſcripſit miris laudibus commendatum à Reginoldo Polo ep. 18. CL. Vir. Juſtus Lipſius qvoq; tale qvid molitus eſt, ut colligere licet ex not. ad. l. 1. Politic. c. 10. qvi tamen partus lucem non vidit.

ξξ) *Ad Vigerum &c.*) Virum literis ac moribus adprimè decoratum vocat Emſerus.

οο) *Per humaniora pueritiam adoleſcentiamqve transegit.*) Ipſe Tullius poſt fori la-

ri labores Antonii Gniphonis, nominatiſſimi eá tempeſtate Grammatici ſcholam adire minimè erubuit. Joan. Meurſ. præfat. in Crit. Arnob. ut adeò injurii in humanitatem videantur Judæi, qvi tempore Hyrcani & Ariſtobuli decretum fecêre; Maledictus ſit, qvi filium ſuum Græcorum inſtruxerit diſciplinis Petr. Cunæus l. 3. de Republ. Ebr. c. 4. p.m. 307.

ππ) *Dignitas aut oblectatio Poëſeos.*) Poëticen antiqvi vocant primariam qvondam Philoſophiam, qvæ nos à pueris inſtituat ad vitam, & cum voluptate doceat, cujusmodi mores & adfectus & actiones noſtras eſſe conveniat. Strab. l. 1. Geographiæ. vid. omninò Vadianus in de poëtica & carmin. ratione tit. XXX. lit. T. 4. ſeq. &c.

ϱϱ) *Summa doctoris nomine dignus haberetur.*) Nugas de ſummo docturæ, qvem vocant, titulo & gradu Pariſiis Bennoni collato vendit Emſerus, cum ſeculo XIII. demum Theologica, aliæq; Facultates in Academia Pariſienſi honores conferre cœperint. De qvo conſuli pt. antiqvitatis canæ & ſanæ promuſcondus Conring. diſſert. III. de antiqvit. Acad. p. 91. & diſ-

ſert. IV. p. m. 135. it. Middendorp. l. 1. de Acad. c. 13 p 121. Refertq; ὁ πάνυ Conring. diſſert. IV. p. 137. ſeculo XIII. in Theologiâ non niſi duos fuiſſe renunciatos Doctores. Cœterum gradibus Academicis condecoratos volunt Epiſcopos Miſnenſes in Theolog. Albertum II. Dominum in Motſchen, & Joh. IV. Sileſium. In Jure Jo. V. à Weiſſenbach & Jo. VI. à Saalhauſen. In Philoſ. Theodoric. III. à Schönberg, Nicolaumqve II. à Carlowiz. Alb. Chron. Miſ. p. 279.

## Ad
## Cap. III.

σσ) SAnctitati tuendæ litarit) τὴν μὲν διάλεκτον, καὶ τὸ πρόσωπων ἀμνὸς ἔχειν δοκεῖς. Τὰ δ' ἔνδον οὐδὲν διαφέρεις δράκοντος. *Ut Hermippus dixit cit. Scultet. l. 2. c. 56. exerc. Evang.*

ττ) Funderet lacrumas) *ſæpius fallere lacrumas, fraudesqve ſubeſſe vid. Ovid. in epiſt. Camerar. cent. 2. c. 26. & cent. 3. c. 98.*

υυ) Adelberto fatis functo) *Adelberto Abbate mortalium rebus exempto in partes ſcindebantur Fratres. Qvidam Bennonem, qvidam Segebertum eligebant. Noſter*

*ſter verò pluribus ſuffragiis prævaluit. vid. Emſer.*

φφ) Dignisſimus &c. viſus eſt) *rectiſſimè judicatur, meruerit qvis honorem, cùm indeptus eſt. Lipſ. præſ. Opp.*

χχ) Vitæ ſanctimoniâ) *de Jo. Silentiario, Monacho, qvi præ nimiâ ſanctitate & ſpeculationibus continuis, ne verbulum qvidem, aliis audientibus, protulit. vid. Calviſ. oper. Chronol. p. 565. de ſanctitate Monachorum Muhamm. Hotting. hiſt. Orient. l. 11. c. 6. p. 495. de Iſidori Monachi Socrat. l. 11. c. 13.*

ψψ) Canonicus). *Dicitur Benno & in literis Henrici IV. Capellanus regius, qvod Canonici partes in Eccleſia Goslarienſi, tunc temporis capellâ regiâ, adminiſtraret. Emſer. in de ejus vita. Canonici ſeculis melioribus non proprias rexerunt familias, ſed familia fuerunt Præſulis. Fabric. l. 1. Annal. urbis Miſn. p. 22. Prolapsâ diſciplinâ ſemetipſos irregulares vocant. Conf. Cranz. l. 4. metropol. c. 1. eorum origo à D. Auguſtino vid. Conring. diſſert. 3. de antiqvit. Acad. p. 66. de qvâ feſtivus extat dialogus à Jo. Bugenhagio 1536 vulgatus.*

ωω) Præſul) *Syllabum Epiſcoporum heic*

*adpen-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-44442-p0129-8

*adpendimus, ut cuivis, qvô ſe invicem exceperint, ordine conſtet. Fuêre autem XLV. Is fuit Burckhardus, ab Alberto Antiſtite in Præſulem conſecratus. Confirmationem Pontificis, Cæſarisqve donationem plebi publicavit, prætereaqve nihil egit. In itinere lapſus de eqvo cervices fregit. d. 14. Jun. ann. 972. II. Volckbuldus, Lamberto Volckradus, Willigiſii, Antiſtitis Moguntini familiaris oculorum lippitudinem ex lucubrationibus ſibi contraxiſſe dicitur. Cibum cum Canonicis ſumſit, & tempora lectionum, precationum & munerum eccleſiaſticorum diſtribuit. Pragam evocatus, dum ſolemni Paraſceves die ſacra celebrat, in mentis artuumq; ſtuporem incidit ante aram, paucis horis ſuperſtes moritur d. 23. Auguſt. ann. 994. III. Egido, Ido, Eiko, it. Aiko dictus, Comes Rochlicius è collegio Merſburgio. Hic baptiſando, concionando, ſacraq; adminiſtrando diligentiſſimus fuit. inq; Vandalis transalbinis abſurditatem cultûs damnavit. Incidit in morbum Lipſiæ, è qvo non convaluit. Diem obitûs ſui prædixit amicis, qvi eidem accidit d. 20. Decembr. 1015. IV. Eilwardus, Hildewardus*

dus

dus ſ. Euwardus Ditmaro, Luſatiæ Marchioni, antè à ſacris fuerat. Legum ſuarum obſervantiſſimus occumbit. d. 17. Martii ann. 1023. V. Umbertus, Humprechtus, Weiprechtus, ſ. Weipertus conſecràtus ab Hunefrido Magdeburgio obit. d. 5. April. 1024. VI. Dieteritus ſ. Theodorieus I. interfuit Synodo Francofurdanæ. Fato fungitur 6. April. 1625. VII. Reinerus, Reginherus ſ. Rogmerus conſecratus ab Engelhardo Magdeburgio perficit & dicat Divæ Afræ monaſterium tempore Nicolai II. Pontifieis & Henrici IV. Imperatoris. Mcritur d. 15. April. 1060. VIII. Crafftus ſ. Crato, Goslarienſis Præpoſitus, deſignatur Præſul à Wernero, Antiſtite Magdeburgio, cumqne eſſet divitiarum ſitientiſſimus, in cubiculo ſtrangulatur à Dæmone. d. 18. Jun. 1061. IX. Meinhardus, Menwardus, it. Meinwerthus & Goslario evocatus annos ſedit 5. & menſes aliqvot, moritur d. 4. Maji 1066. Lambertus Schafnab. de reb. Germ. ad ann. 1066. & ex eo Gaſpar Corber. de Goslaria c. IV, v. 13. Bennonem Cratoni ſucceſſiſſe putant, ſed puputant. Chytræus L. VII. Saxon. p. m. 229. nonum Epiſcopum Miſnenſem ſtatuit.

X. (ab

X. (*ab Albino inſeritur Bruno, ſed à Fabricio omittitur*) *Benno ex illuſtri familiâ Saxonicâ oriundus Abbas antè Hildesheimius ab Henrico IV. declaratur Præſul, ab Archiepiſcopo Magdeburgenſi, Wernhero, cetemoniis receptis inunctus & inclutæ Miſnenſi à Burckhardo, Paſtore ejusdem primario præfectus mun9 ſuſcepit.* XI. *Herwigius, it. Herwikius templum Wurcinenſe fundat intra mœnia. Obit d. 27. Jun. ann.* 1118. XII. *Gramborus ſ. Cramporus obit d.* 31. *Maji* 1129. XIII. *Gottwaldus, Gottholdus, Gottwuldus ann.* 1130. *Synodum convocat, ut laxatam reſtitueret diſciplinam, ſed ejus vota, Clericis renitentibus, fuerunt irrita. Oppreſſus morbo decedit* I. *Sept.* 1140. XIV. *Reinwaldus ſ. Reinwardus, à Pontifice Marchioni Miſnenſi Conrado reconciliatus animam excludit. d.* 24. *Jul.* 1146. XV. *Bertholdus, obſcuri nominis diem obit ſupremum d.* 19. *Auguſt.* 1146. XVI. *Albrechtus Præſul. ann.* 1152. *evocatur Alteburgum ab Imperatore Conrado, à qvo legatus in Græciam mittitur ad Immanuelem, Imperatorem Conſtantinopolitanum. Expirat in itinere* XVII. *Bruno* I. *ſpiritum reddit d.* 10. *Jun.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-44442-p0132-1

*ann. 1154. XVIII. Gerungus, Abbas Roſanus. Primus inſtituit Bibliothecam, qvam poſt ſub Joh. VII. auxit Melchior Meca Cardinalis, Præſul Brixinenſis. Viſitaturus cœnobium capitali morbo graviſſimaqvé implicitus valetudine vitam tradit d. 19. Nov. 1170. XIX. Martinus vir moderatus & ſimplex ex hac vita migrat d. 15. Jul. 1190. XX. Dietericus ſeu Theodoricus II. cœnobium Afranum mirifice adauxit, illudqvé ludum duodecim puerorum eſſe juſſit, qvi ipſius eleemoſynis viverent, fato ereptus d. 30. Aug. ann. 1207. XXI. Pruno II. (à nonnullis pro Domino Barthano habetur) vir eruditus & diſertus Eccleſiæ bonis ampliter confirmitas obit mortem d. 4. Decembr. 1229. XXII. Henricus, vitæ curriculo confecto decedit d. 28. Maji 1239. XXIII. Conradus I. Henrico Marchioni ob lites motas infenſus expirat prid. Epiphan. 1248. XXIV. Albertus II. Dominus in Motſchen, SS. Theologiæ Doctor publice renunciatus, ætate & moribus maiurus obit d. 25. April. 1266. XXV. Wittigius de generoſa Camenitiorum familiâ poſt damna multa ſiollegio illata occumbit. d. 6. Mart. 1293. XXVI. Bernbardus, ex*

*eadem*

*eadem Camentiorum gente, cum Viro inqvieto & ad ſummam egeſtatem redacto ſuccederet, ipſe ſenex difficilem expertus eſt ſortem. Vendidit Pirnam cum Dresda, fato functus d.* 11. *Octobr.* 1299. XXVII. *Albertus* III. *Comes Leiſnicius efflat animam d.*3. *Mart.* 1312. (*heic Willhelmus à Fabricio inſeritur.*) XXVIII. *Witigius* II. *Ottonis, Burggravii Leiſnicenſ. frater & Liber Baro Coldicenſis obit d.* 25. *Julii* 1347. XXIX. *Jo.* I. *Iſenburgicus qvatuor vicariatûs Miſenæ inſtituit. Moritur d.* 5. *Jan.* 1370. XXX. *Dietericus* III. *Modicin. Magiſter* (*alii Dominum à Schönberg fuiſſe aatumant*) *qvi cùm ob confirmationem ſuam ipſe contenderet Ramam, morte in viâ præventut expirat.* XXXI. *Conradus* II. *à Walhauſen, aliis Cames Kirchbergenſis, vinetis Kozebrodianis Præſulatum ditat, vitâ functus d.* 25. *Maji* 1378. XXXII. *Jo.* II. *de Genzenſteiniâ familiâ, inſtitutô Vicariatu S. Wenceslai evocatur Pragam, ubi & huic mortali valedixit d.* 29. *Nov.* 1380. XXXIII. *Nicolaus* I. *anteà Epiſcopus Lubecenſ. bellis cum Archi-Epiſeopo Magdeburgenſi geſtes clarus concedit vitâ d.* 11. *Febr.* 1385. XXXIV. *Jo.* III. *de gente Kit-*

*teli*

telitiâ Dominus Baruth. ætate confectus Præſulatum reſignat cognato ſuo Thimoni ann. 1405. vitamqve ponit tertio poſt reſignationem anno Budiſſæ d. 20. Febr. in Franciſcano conditus. XXXV. Thimo, Liber Baro Coldicianus, cupidior aulæ, qvàm Eccleſiæ occumbit d. 2. Decembr. ann. 1410. XXXVI. Rudolfus à Planiz, Vir frugalis, amiſſum Thimonis negligentiâ nitorem Præſulatui reſtituit, vitâ fungitur d. 20. Jun. 1423. XXXVII. Jo. IV. Schweidenicenſis è Sileſia, Hoffmannus dictus, SS. Theolog. Doctor renunciatus, antè Profeſſor Pragenſ. & Lipſienſ in Concilio Conſtantienſi contra Huſſitarum machinas unus omnium depugnat, ipſe poſt morbo victus d. 26. Mart. 1451. XXXVIII. Caſpar à Schönberg Magiſter artium, inantè Decanus, demigrat è vita d. 18 April. 1463. XXXIX. Dietericus ſ. Theodoricus IV. à Schönberg, Nicolai Eqvitis filius in Italia literis operam dedit, inantè Præpoſitus, Vir moderatus & gravis. Edit autem animam d. 12. April. 1476. XL. Jo. V. J.U.D. inantè Decanus, Vir ſumtuoſus, ſupremum diem explet d. 1. Novembr. an. 1487. Lipſiæ. XLI. Jo. VI. Saalhuſanus, Decret. Doctor,

inantè Decanus, ſtatuta Eccleſiæ Miſnenſ. libros item, qvibus orando, legendo, pſallendo utuntur Sacerdotes, emendandos imprimendosqve curat, indulgentiasqve rejicit, viventium rebus ereptus d. 10. April. 1518. ſepultus Wurcinæ. XLII. Jo. VII. à Schleiniz. ad opprimendos Lutheranos propenſiſſimus, adjutus autoritate & operâ Nicolai à Schönberg, Cardinalis, & Caroli Milticii, Secretarii Pontificii, extinctus d. 13. Octobr. 1537. XLIII. Jo. VIII. à Maltiz, vir eruditus & placidus, multis poſt Georgii, Saxonum Ducis, fata expoſitus ludibriis mœrore expirat ult. Novembr. ann. 1549. XLV. Nicolaus II. à Carlowiz, Magiſter artium, Valetudinarius Invitus Præſul declaratus obit. d. 17. April. ann. 1555. XLV. Jo. IX. ab Haugwiz, deficientibus Capitularibus aliis à Julio Pflugio, Numburgenſium Epiſcopo & Decano Miſnenſi, ut & Bernhardo à Draſchwiz Canonico eligitur. vid. Albin in Chron. Miſn. p. 279. ſeqq. & Fabric. Annal. l. 1. p. 22. & ſeqq. plur.

Ad

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-44442-p0136-3

## Ad
# Caput IV.

*ααα*) R*Adigaſto Svantovito, Zcernebuch &c.* Radigaſtum Obotritorum juxta Helmold. Chron. Slavor. l. 1. c. 52. & Pomeranorum, teſte Adamo Bremenſi l. 2. hiſt. Eccleſ. c. 11. idolum fuiſſe conſtat. Ejus ſimulacrum ex antiqvo Chronico Saxonico exhibet Henricus Bangertus in Comment. ad Helmold. l. 1. c. 52. Nomen habet à Radigaſto, Latinorum Radagaiſio, Rege qvondam obotritorum bellicoſiſſimo. Cujus res geſtas recenſet Oroſ. l. VII. De formâ Svantoviti vid. Saxo Gramm. l. 14. de ſingulari functio- Sacerdotum Svantoviti Münſter. l. 3. Coſm. de Zcernebuch Helmold. l. 1. Chron. Slav. c. 52.

*βββ* *Bellorum rabies*) unde derivetur bellum, diſceptant inter ſe eruditi. Omnium veriſſima videtur Feſti derivatio l. 1. & Henrici Boceri l. 1. de bello c. 3. qvi deducunt à belua, qvod beluarum propria ſit tàm perniciosa peſtilitas & in mutuum excidium immanis ſævitia. Qvem in ſenſum Mæonides non abſonè magnum os bello tribuit, qvando dixit:

- - πολέμοιο μέγα ςόμα πτολεμιστοῖο.

De juſto & injuſto Alphonſ. Alvarez Gverrero Neapol. 1543. IV. cujus MS. Vaticana poſſidet.

*γγγ*) *Somnium*) de in ſomniis Pontan. l. 3. progr. 39. Geſner. in Geneſ. c. 28. qv. 2. Peucer. de divinat. p. m. 183. ſeqv.

δδδ) *Apud Livium*) vid. citat. à Cl. Dn. M. Joh. Frider. Köber, Illuſtris Ruthenei, qvod Geræ eſt, Rector. qvondam Præceptore noſtr. honorando in de Bellinatura & incommodis diſſertatione.

εεε) *E genio*) Genium Græci ἀλάςορα vocant. Qvid ſit, vid. Dilherr. Dial. 2. p. 147. Priſci non ſolùm hominibus, ſed & locis & ædibus tribuebant Genios, qvorum alter noce re, alter juvare poſſet, huncqve putabant aut Deum aut Angelum. De Genio menſæ vid. nonnulla apud Lipſ. l. 1. Saturnal. ſerm. c. 2. Multos enecavit Caligula qvod nunqvam per Genium ſuum dejeraſſent Svet. Cal. 27. Genio Auguſti ædes Jovis Olympici, Athenis antiqvitus inchoata, dedicata eſt à ſociis regibus. Id. Auguſt. 60. De ratione evocandorum Deorum tutelarium Camerar. cent. 2. oper. ſubciſ. c. 10. it. Boxhorn. in qvæſt. Rom. 1. p. 5.

ζζζ) *Bambaliones*) qvis fuerit, exponit Cic. III. Philipp. p. 860.

ηηη) *A Bohemis*) Loci præfectum, abſente Marchione, colloqvii causâ ad ſe evocarat Wagio, Boleslai II. Bohem. Ducis Præfectus, qvem portis ſtatim occupatis ad templum qvoddam juxta torrentem Trebiſiam incautum occidit, urbiqve præſidium imponit. vid. Fabric. l. 1. Annal. p. 22.

θθθ) *Furto, prout Braſidas apud Thucydidem*) 5. 2. 5. cit. à Lipſ. l. V. c. 17. §. 14. Polit. Nihil non curæ ſagaces expediunt per acuta belli. Horat. l. IV.

l. IV. Carm. ad. IV. p. m. 103. Stratagematis uti non ſolùm utile, ſed & glorioſum eſſe ſtatuit Lipſ. l. V. Politic. c. 17. licet non deſint, qvi abeunt in contrarium. Rem breviter expediemus. Fallitur hoſtis vel rebus vel verbis. Res, cùm mentis ſignificationes non ſint, ſi qvis ſecius accipiat, ſe ipſum fallit. Ita hoſtis ex pluribus tubis, ignibus &c. majorem militum numerum, qvàm revera eſt, ſibi concipiens ex falſa interpretatione decipitur. Verba qvod concernit, ſunt illa vel promiſſoria, qvibus fallere hoſtem non licet, vel adfirmatoria aut negatoria, qvibus ſi qvis hoſtem circumveniat, incurrit ſanè mendacii notam & crimen. Cœterùm obſcura nemo improbaverit. Nam malâ eorundem interpretatione ſibi ipſi fraudem ſtruit hoſtis. Exempla collegit Valer. Maxim. l. VII. c. 4. qvibus addi poſſunt apud Liv. l. II. c. 64. Gallorum apud eund. l. XXIII. c. 24. Ligurum ibid. l. XXXV. c. 11. Conf. Freinshem. ad c. 10. l. III. Flor. Cranz. hiſtor. l. IV. c. 19. Forſtner. ad l. IV. annal. Tacit. p. 303. & ſeq. aliiqve.

m) *Ad ingenium redibat*) qvomodo ann. MXV. Miſna obſeſſa fuerit à Meſicone, Ducis Poloniæ Bolislai filio, Idib. Sept. eo ipſo tempore, qvô Marchiones Miſnenſes Guntherus & Echardus II. in caſtris Imperatoris aberant vid. prolixè Fabric. l. II. Origg. Saxon. p. 269. it. l. 1. p. 24. de ſecunda Bohemorum in Miſniam irruptione confer. id l. VII. Origg. Saxon. p. 742.

κκκ) *Ad ſuam referret utilitatem*) Ipſe Rex Romanorum Ferdinand. I. in literis ad D. Lutherum ſub dato Inſprug d. 1. Febr. 1537. fatetur Pontificis ejusqve adſeclarum malitiam: Denn wir ietzt leider! befinden/ daß der Pabſt und die Seinigen bißhero das ihrige geſucht/ und uns Spreu für Korn ausgetheilet und verkaufft haben. Goldaſt. p. 1. der Reichs-Satzungen p. m. 274.

λλλ) *Blandis precibus*) Blanditias ab Epiſcopis erga Imperatores uſurpatas fuiſſe fomitem perſecutionum vid. Camerar. cent. 3. ſubciſ. c. 6. R. & L. κόρακας & κόλακας diſterminare venuſtè ſatis in carmine exponit Anthologus l. 1. c. 42. epigr. 2. vid. præterea Plutarch. ſub fin. παιδείας & Iſidorus l. II. ep. 128. Exoſi nobis ſunto adulatores, non ſecus ac deceptores. ἀμφότεροι γὰρ πιστευθέντες τοὺς πιστεύσαντας ἀδικοῦσι. Iſocrat. ad Demon. orat. vid. & Cœl. Rhodigin. l. 20. lect. antiqv. c. 33.

## Ad
## Caput. V.

μμμ) *Sedibusqve expulſus*) Henrico IV. Imperat. milite Bohemico & Franciſco ſtipato in Miſniam venienti, Cives Miſnenſes urbem defenſoribus vacuam, bonaqve Præſulis diripienda tradunt Fabric. Annal. urb. Miſn. l. 1. p. 27.

ννν) *Exilium cum aliis ſubiit*) eadem tempeſtas in Magnum & Hermannum, Saxoniæ Duces,

Fri-

Fridericum Palatinum, Wernherum Archiepiſcopum Magdeburgenſem, Burckhardum Halberſtadienſem & Wernherum Merſeburgenſem Præſulem &c. ſæviit.

ξξξ) *Diſſidio interveniente*) cauſa erat, qvòd Gregorius VII. inſcio & inconſulto Cæſare in Pontificatum conſcenderat.

οοο) *Excuſſit.*) ubi intellexit Imperator, Principum animos ſub religionis prætextu ſenſim deficere: odio, qvod alebat in Saxones, diſſimulato captivos ejus gentis deditione abſolvit, adqve ſua impunè redire permiſit, nil aliud injungens, qvàm ut tanti beneficii memores integram ſibi deincipe ſervarent fidem, & communis regni cauſam ſecum contra Papam defenderent. Emſer. l. c.

πππ) *Reſtitutus*) Bennonem Clementi III. Pontif. Supplicem ab Henrico in priſtinam dignitatis ſedem fuiſſe reſtitutum & liberaliter tractatum, vel privilegia Goslariæ ſcripta teſtantur. De Bennonis pœnitentia auctor, qvi ejus temporis hiſtoriam pro Imperatore ſcripſit, non nominatus, qvem qvidem in æde Divi Hemerani Aventinus Ratisbonæ: in Fuldana bibliotheca Huttenus invenit, hæc refert: Exomnibus Epiſcopis, qvi vel damnati fuerunt vel depoſiti, unus Benno Miſnenſis venit ad ſedem Apoſtolicam, pro errore ſuo venam petiturus, qvam impetrat. Clemens etiam Papa III. anteà Vipertus, Epiſcopus Ravennas, pœnitentiam benignè ſuſcepit, & tractavit

honorificè: abeuntem qvoqve cum literis ad Imperatorem miſit, qvem & ipſe correctum libenter accipiens liberè in Epiſcopium ſuum abire permiſit. Sed illa ſatisfactio utinam fuerit pura, ſincera atqve catholica! nam certum eſt, eundem Epiſcopum nihil deinceps viriliter egiſſe, cum Comprovincialibus Pſeudoepiſcopis vel cum Saxoniæ Principibus pro reparatione & ſtudio pacis eccleſiaſticæ. Hæc anonymus apud Fabric. Annal. Urb. Miſn. l. 1. p. 27. ſeq.

ϱϱϱ) *Edicto.*) vid. Kronmyer. p. 360. & ſeqq. hiſtor. Eccleſiaſt.

σσσ) *Gregorius VII. dictus.*) Sergius II. primus Pontificum fuit, qvi alienum nomen in Pontificatum evectus ſibi arrogavit, idqve ob nomen dignitati ſuæ minus conveniens. Fuerat enim anteà Os porci dictus. Adſcendit. autem ad Pontific. circà annum Chriſti 844. Helvic. in Chronol. Qvando autem nemo Pontificum Petri ſibi nomen adaptavit, eo ipſo haud obſcurè docent, ſibi nihil intercedere cum Petro commercii. Petrus à Luna ſanè Pontifex renunciatus nomine Petri abjecto Benedictum XIII. ſe adpellare juſſit. Cujus & veſtigia legit Petrus Epiſcopus Pavienſ. qvando poſt Pontificatûs collationem ſibi Joh. XIV. nomen impoſuit vid. Anton. Cregutus in revelat. arcan. c. 9. p. 379. Canuto, Danorum Regi, cum anteà Cnutdiceretur, nomen mutavit in conſecratione Romanorum Pontifex, ut Deus Abrahæ. Ælnoth. de vita S. Canuti c. 33.

Stu-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-44442-p0142-7

Studium populi dedit Valerio nomen Publicolæ. Liv. l. 2. c. 8. Mutio Scævolæ amiſſa in igne manus Id. l. 2. c. 13. Servilius vocabatur Iſauricus à devicto Iſauro. Flor. l. 3. c. 6. Antonius Creticus à bello Cretico c. 7. Druſus à victa Germania Germanicus &c. Talis autem pôſt in crebuit ambitio, ut Principes ab aliqvo devicto populo dicerentur, qvem nunqvam viderunt. Freinsh. ad c. 12. l. 4. Flor. Inqve hoc vel præcipuè Romanorum Imperatorum vanitas notam meretur, qvi, qvorum à virtutibus abeſſent longisſimè, eorum nomina adfectabant. Sic Commodus Herculem ſe Jovis filium adpellari juſſit. Herodian. l. 1. p. 37. Nominis mutatio pœnæ loco injuncta familiæ Ravaillacæ, eò qvòd Franciſcus nefando parricidio Henricum IV. Galliarum Regem ſuſtuliſſet. Gramond. l. 1. Hiſt. Gall. c. 3.

ttt) *Concilium*) Concilii vox Latinis primùm ſignificabat nundinas: poſteà pro conventu uſurpari cœpit civili, tandemqve ſolemniori Eccleſiaſticorum, ad motas controverſias ex Dei verbo componendas, auctoritate publica inſtituto. De modo & ordine generalis Concilii celebrandi, deqve Eccleſia Chriſti in priorem faciem revocanda ſcripſit Alphonſ. Alvarez. Gverrero Neapoli ap. Ambroſ. de Mancaneda. 1545. IV.

vvv) *Abiit Romam*) Er hat ſich zum Pabſt Gregorio VII. geſchlagen wieder den Käyſer Henric. IV. und den Marggrafen von Meiſſen ſambt dem Käyſer verbannet/ und darnach zum Pabſt entrunnen/ (ich wolte ſagen walfarthen gangen) Beat. Luth.

tract. wi d r den neuen Abgott und alten Teufel/ der zu Meiſſen ſoll erhaben werden. T. II. Opp. p. 781. b.

ΦΦΦ) *In Albim*) barbari ſeculi ſcriptoribus Albia, Ptolomæo, Senecæ in Medea aliisqve celeberri-mus audit Germaniæ fluvius. Nomen habet à numerò, notante Fabricio in ſuis rerum Miſnicarum libris, fontium qvippe undecim, ut Bohemii, ſive, ut Saxones dicunt tot amnium influentium. Albis die Elbe qvaſi d'halbe, qvod Germaniam in duas veluti ſemiſſes dividat. Ubi qvivis ſuo abundet ingenio.

χχχ) *Extiterat fortior*) vid. Horn. p. 32. Imper. exedit. Felleri.

## Ad
## Cap. VI.

ψψψ) *Luthero notatum*) Daß Benno über die Elbe gangen/und geſehen iſt hier und dort zugleich. Wer weiß obs Benno oder ein Teufel geweſen? T. II. Opp. p. 783. b.

ωωω) *Tranſire pedibus occepit*) ſimile qvid noſtris temporibus tentaſſe Batavum qvendam edocebant Relationes Lipſ. ad annum 1687.

αααα) *Si qvid eorum propalaret*) vid. Emſerus

ſerus c. de ſolitaria Bennonis vita & dote agilitatis.

ββββ) *De ejus miraculis*) qvid de miraculis ſuis ipſimet ſtatuant Papæi. vid. ap. Melchior. Canum l. XI. Loc. Commun. c. 6.

## Ad
## Cap. VII.

γγγγ) P*Ontificis alumni*) vid. ſyllabum miraculorum ſupplementis hiſce adjunctum.

δδδδ) *Fons ſacer*) Wer wills bewehren / daß Benno den heiligen Brunnen gemacht hat / ohne daß die gemeine Sage ſo iſt? Luth. l. c.

εεεε) *Chemnitio*). In præfat. libri, qvem Theologiæ Jeſuit. præcipua capita inſcripſit.

ζζζζ) *Lutherus*) in Poſtillis ſuper Domin. XXV. poſt Trinit. p. m. 672.

## Ad
## Cap. IIX.

ηηηη) E*X grammaticis*) in etymologiis nonnunqvam ἕτοιμοι πρὸς λόγους parati ſumus ad nugas & fabulas congerendas,

ado-

ad omnium lingvarum chaos & confuſionem plusqvam Babylonicam revocandam. Dilherr. dial. phil. p. 11. Stoici ſtudioſisſimè exqvirebant olim, unde verba ducta eſſent, qvos imitari ſe dicit in aureo l. officiorum libro Tullius.

ϑϑϑϑ) *Nomen conſilio ſortitam*) de nominis ſortilegio vid. apud Nic. in Pinac. I. n. 103.

ιιιι) *Ex pedibus*) in certis agrorum ſemitis, qvas pedibus calcavit Benno, ſoli fœcunditatem in meſſes agrorum geminas exuberare credunt nugaculi, qvod & de Gedau, ubi caſtellum Bezelæ indulſerat, & pago Naumburg. adfirmare non erubeſcunt.

κκκκ) *Amicus ſincere colendus*) eſt is Vir Venerabilis & Clarisſimus Dn. M. Chriſtoph Freiberg diſertisſim9 Eccleſiæ Stolpenſis hodiè Paſtor in epiſt. d. 23. Auguſti 1682. ad nos humanisſimè perſcripta.

λλλλ) *Ruthonum*) audiamus Hammerum Roſet. hiſt. p. 92. è Reuſnero hâc de re disſerentem: Weil einer der Herren von Plauen/Weida/Gera und Graitz vor Jahren die Stadthalterey in Großfürſtenthum Reuſen verwaltet/ iſt dieſer Nahme alſo bis auf den heuti-

heutigen Tag verblieben/ daß ſie Herren Reuſſen genennet worden/ da ſie zuvorhero von den alten Käyſern zu des Heil. Röm. Reichs Advocaten in Teutſchlande als Prætores un̄ Verwalter derſelben ſind gebrauchet worden/ zur Zeit/ als die Käyſer noch in Welſchland regieret haben.

Ad

CAP. IX.

μμμμ) I*Ste autem ordo ſervabatur* ) vid. Seckendorff. in additionibus ad comment. de Lutheraniſm. p. 359. ſeq. Cui jungendus M. Georg. Erneſt. Wigandus in Meißniſchen Canaan p. 34. ſeq. Es hat damahls in Meiſſen nicht gefehlet weder an horis Canonicis, da alle Stunden Tag und Nacht durch ohne uffhören in der Domkirche iſt geſungen worden/ wie ſolches die zwee Herren Brüder/ Hertzog Erneſt/ und Albert geſtifftet/ dergleichen Morgens in Teutſchland auch zu Rom nicht geſchehen ſoll/ noch an vielen Heiligen und Kirchen/ etc.

Ad

CAP. X.

οοοο) *Refert Svidas* ) p. m. 647. col. 1.

ππππ) *Oculo plectit* ) von dem Marggrafen zu Meiſſen / Willhelm genannt / wird geſchrieben/ daß/ als Er dem Biſthum was entzogen/ ſey ihm Biſchoff Benno im Traum erſchienen/ ihm gedrohet dem Biſthum das ſeinige wieder zu geben/ als

es aber

es aber nicht erfolgen wollen / ſey er ihme zum andern mahle erſchienen / mit einer brennenden Fackel / und ihme ein Auge damit verderbet / daß er hernach mit demſelben blind worden. *Matth.* Hammerus. c. 36. Roſet. hiſt. p. 431. ex Zwiccavienſ. Origin. Idem Luther. T. II. p. 783. a.

Benno hat nach ſeinem Tode einmahl Marggraff Willhelmen ůmb zeitlichen Guthes willen geplagt / zuletzt durch Gebeth des Probſts ihme ein Auge ausgeſchlagen.

ϛϛϛϛ) *Mors inſecuta)* vid. Id. Hammerus, p. 446. Roſet, &c. ann. 1105, giebt Marggraff Henrich zu Meiſſen und Lauſnitz uff des Schloſſes Brucke dem Biſchoff Benno eine Maulſchelle. Was geſchicht? Nach Ausgange des Jahres 1106. erſcheinet er ihm eben daſelbſt in einer erſchrecklichen Geſtalt nach ſeinem Tode / daß der Marggraff hefftig darůber erſchrickt / ſich entſetzet und endlich gar auch ſtirbt. Idem Luther. p. 782. b. l. c.

Benno hat auch ůmb zeitlich Guth den Marggrafen von Meiſſen / der ihn auff den Backen ſchlug / ůber ein Jahr darnach deſſelben Tages getödtet / wie er ihm denn zuvor gedrohet hätte.

Ad

## Caput XI.

σσσσ) NOn, *denſior)* Virgil. IV. Georg. v. 80. 81.

ττττ) *Evariis langvoribus)* Epiſcopus Witticho vino, qvô Bennonis oſſa tota fuerant, ægros qvam plurimos ſanavit.

υυυυ) *E gravibus periculis)* matrona qvædam ex villa

villa Pretzindorff propè Fribergam dæmonio mirum qvantum infeſtata cum exorciſmi incaſſum fierent, induta tandem ex caſulâ Bennonis, &baculo paſtorali inſtructa. Illicò exclamavit dæmon; Nunc tempus eſt egrediendi relinqvam tamen hoſpitæ meæ ſignum, qvô mei perpetuò meminerit, moxqve aperto altero mulieris crure, nullâ medentium arte ſanatili, terribiliter eliſus eſt.

ΦφΦφ) *Ingenuæ Miſnenſis* ) Ingenua, qvod libera ſit Eccleſia Miſnenſis, & nulli Antiſtiti aut Metropolitano, ſed uni Pontifici ſubjecta. Fabric. Ann. urb. Miſn. l. 1. p. 20.

χχχχ) *Veteris cellæ*) Cùm longè olim ante Cellam veterem extructam eo loci tranſitum faceret, columbasqve ibi gregatim conſidentes adverteretur ad ſuos converſus. En, ait, hic locus eſt, ad qvem novus convolabit religioſorum ordo propediem. Inſtituit autem Otto Miſnenſis Marchio pòſt Cellam veterem Ciſtertienſium Ordini, eandemqve cœnobium ampliſſimis vectigalibus dedicavit munificè.

ψψψψ) *Literas exararet ſupplices*) qvas communicavit nobis cum integro canoniſationis actu Dn. L. Joach. Fellerus.

Ad
## CAP. XV.

ωωωω) D*Eorum pedibus inceſſit*) i. e. lentè ſic loqvitur Buchnerus in ad Opitium ep. 4. p. m. 12. de hymnis lentè ſub prælum correpentibus.

bus. Miſit verò iccircò Fridericus Elector cum Joanne fratre legatos ad Papam vid. Fabric. Annal. Urbis Miſn. in ann. 1524.

αααααα) *Jo. Schleinizius*) fuerat iſte Imperatoris Caroli, fratrisq; Ferdinandi, tum Alberti Moguntini & Magdeburgenſis Archiepiſcopi, Matthæi Cardinalis Salisburgenſis, itemq; Principum, qvibus Miſena ſuberat, Georgii & Henrici Saxonum, ſyſtaticis & commendatiis literis magnificè inſtructus. vid. Seckendorff. eminentioris literaturæ Heros qvondam celeberrimus, in aureo de Lutheraniſmo Commentar. §. CLXI. p. 404.

βββββ) *Sanctorum cœtui adſcriberet*) teſte Lilio. Gregor. Gyraldo in de ſepulcris libell. vid. Fabric. l. III. Annal. p. 83. & Petrus Merſſæus Cratepol. Minorita in Electis Eccleſiaſt. p. m. 446.

γγγγγ) *Improbat Lutherus*) vid. citat. à Dn. Seckendorff. p. 405.

## Ad
## CAP. XVI.

δδδδδ) *INſertus eſſet catalogo)* vid. Wigand. l. c. p. 31, ſeqq

εεεεε) *Vix totidem, qvot &c.)* vid. Juvenal, ſat. 13. v. 26.

ζζζζζ) *Nobiliores complures)* addit Fabric. toties citatus: aliis religioni res fuit, aliis joco & riſui.

ηηηηη) *Inter reliqvias*) de fraudibus & impoſturis commentitiarum reliqviarum vid. Chemnitius part. IV. exam. Concil. Trident. f. 672. Joachim. Urſinus in l. ſub tit. ſtupendorum templi Jeſuitici Amberg. 1610. edit. aliiqve.

θθθθθθ] *Qvantum Hypanis &c.)* vid. Propert. l. 1.

MANTISSÆ LOCO

*SEQVITUR*

# MIRACULORUM

À

# BENNONE

EDITORUM

*SYLLABUS.*

Abſolvitur
# MIRACULORUM SYLLABUS DUOBUS LIBRIS,

*Qvorum*

I. Exponit miracula à Bennone Miſenæ,
II. ab eodem Monachii edita.

## Liber I.

Exeqvitur miracula à Bennone Miſenæ edita.

*Series miracul. Miſenæ edit. qvorum*

1. *INnotuit in Hermanno Schilovenſi, Epiſcopi promocondo, ijusq; filiola Paulina.*
2 *in Ludovico Seifridisbacenſi claudo & clinico.*
3 *in Piſcatoris cujusdam puſione.*
4 *in muliercula qvadam anomyma miſerabili.*
5 *in fœmella qvadam Dœbelenſi ſurda.*
6 *in Civis cujusdam Dresdenſis infante monſtroſo.*
7 *in fœmella Dœbelenſ. meida apoplecticâ.*
8 *in Heinrici Prucenſis filiola Kunigvnda defuncta.*
9 *in fœmina qvadam è pago Brogdiz profluriô ſangvinis debilitatâ.*
10 *in Heinrici OlWenſis, Civis Miſnenſis, filiola Jutha gibba.*
11 *in Lanione qvodam Freibergenſi, Nicolao, ulcere gravato.*
12 *in Ottonis Erckenberti, Civis Miſnenſis, puſione.*

13 in

13 in Nicolai ejusdam, Civis Grimmani, infante ſemeſtri gibboſo.

14 in Petri Burckhardisdorffenſis filio Martino manibus incurvo & pro mortuo reputato.

15 in Agricolæ Koozenbrodani filio Albrechto demortuo.

16 in fœmellæ cujusdam Freibergenſis Petriſæ filio Albrechto epileptico.

17 in fœminæ cujusdam Berchtrad. filio gibboſo.

18 in Viduæ qvadam Eliſabetha Hardecenſi diſtorta.

19 in mulierculæ cujusdam Chriſtinæ filiolo Conrado aqvis ſuffocato.

20 in ruſtici cujusdam Kozenbrodani filio Thimone terrarum mole obruto.

21 in ruſticæ cujusdam Eiſenbergenſis, Bodislawæ, filio Jacobo ſtupido.

22 in fœmina qvadam Gertrudide, Johannis Zregorenſis marita muta.

23 in vidua qvadam, Margaretha Frauenſteinia, clauda.

24 in Dn. Romfeldo à Polenz Canonic. Miſen. apoplectico.

25 in fœmellæ cujusdam Catharinæ Molleriæ Korſebogenſis puſione Johanne è lapſu oppreſſo.

26 in Heinrico Bennemeiſtero Dreſdenſi claudo & clinico.

27 in fœmina qvadam Northuſana Oſterholda calamitoſa ac miſera.

28 in viro qvodam Conrado Stewicio claudo & incurvo.

29 in fœmella qvadam Pragenſi, Agnetæ, Dii Hanny Cracowina cœca.

30 in Nicolao Techwitio Czicenſi epileptico.

31 in Nicolao Hoffmanno Freibergenſi muribus læſo.

32 in Thoma Haynenſi claudo & clinico.

33 in fœmina qvadam Miſcnenſi Adelheid. Heringia cœca & clauda.

34 in fœmina qvadam Kunna, Heinrici Steinmetzeri Nordhuſani marita undiq; miſerabili.

35 in Virgine qvadam Clara Sceidenicenſi clauda, apoplectica & amente.

36 in Clauſii Eckersbergenſis filio Johanne epileptico.

37 in Eliſabetha Bornenſi clauda.

38 in Heinrici Altendorffii Wintersburgenſis pecore pabulante.

39 in Nicolao Voigtio, Cive Miſnenſi, cœco.

40 in Eliſabetha, Nobilioris Bebirzeri Reppenitiani uxore ex oculis læſâ.

41 in Petro Keſelero epileptico & miſero.

42 in Petro qvodam Ahornenſi pedibus minus valente.

43 in fœmella qvadam Miſnenſi Otilia cœca.

44 in Iſenbutia, Matrona Miſenenſi, leproſa.

45 in duabus fœmellis, matre Kele, cardiaca, filiaq; Adelbardide, pedibus capta.

46 in Dn. Johanne Koltenero, Canonico Regular. Lipſ. ex Ordine Auguſtin. apoplectico.

47 in Jacobi Dobeleri, Haynenſis, filia peſte correpta.

48 in Dn. Willenlowia ex plantis ægrâ.

49 in

49 *in fœmella qvadam Elzabz. Redlichia incurva.*
50 *in Canonico Miſenenſi, cachecto*

1) ANNo poſt Chriſtum natum milleſimo ducen-deſimo ſeptuageſim. Hermannus Schilovenſis, Epiſcopi promuſcondus, ad Bennonis ſepulcrum advolavit, atqve illud expoſuit, filiam ſui trimulam, Paulinam, ancipitem contraxiſſe πιτυρίασιν, eamqve fomentis incaſſum adplicatis ſic increbuiſſe, ut ſangvis per aures & nares eidem largiter defluxerit. Mœſtiſſimâ verò & ſolicitiſſimâ matre S. Bennonis reminiſcente, filiolamqve ejus tymbo ſacrante, (qvod & expediiſſet citra moram) doloris ſenſum atqve conſediſſet, in tumulo, planè penitus conceſſiſſe. Ad referendam igitur Bennoni gratiam ſui maritam votum nuncupaſſe, ſeſe puellam ſingulis annis, dum ipſamet iter feſtinare neqviret, ad S. Bennonis cryptam ſacrificio qvodam curaturam. Eâ autem voti parum memore ſe ipſum inter decidendum ex arbore apoplexiam, filiolamqve ſangvinis profluvium, cum vitæ periculo, denuò contraxiſſe. In iſto deniq; rerum articulo maritam in recogitationem voti delatam & filiolam & ſe ad S. Bennonis tymbum curaſſe, penes qvem utriqve convaluerint. Id qvod Hermannus ipſe, ejusqve marita Agnes, Hedwigis Vicina, intemeratæ notæ Vidua, jurando enunciarunt.

2) Circa illud ipſum tempus Ludovicus Seifridisbacenſ. Miſnam venit, ibiqve loci ſacramento confirmavit, ſeſe à die Thomæ usqve poſt Paſchat. feſtum claudum fuiſſe & clinicum, medicamentaq;

adhibita vel tantillum profeciſſe: in ſomno autem ſe fuiſſe monitum, ſi qvando Bennonis tumulo ſe ſacraret, illicò toti corpori ſpiritum qvaſi rediturum, ſeq; ad ſacra facta convaluiſſe.

3) Qvatuordecim dierum ſpacio interjecto Piſcator qvidam, Petrus, ejusq; marita, Petriſia, comparuerunt, adq; præſentiam Vicinæ, Viduæ integerrimæ, Paulinæ, & aliqvot honoratiorum objurantes enunciarunt, ſeſe habere puſionem unius anni cum dimidio, qvi brachio & humero dextro poſt Hilaria laborare, non ſine doloris ſenſu, occœpiſſet: & licet morborum artifices tempeſtiva adhibuerint media, irritos tamen & ſupervacaneos eorum fuiſſe conatus, usqve donec marita eundem S. Bennoni voto ſacrarit; eâ ipsâ autem horâ, qvâ Bennonis tymbo acceſſerit, prolem convaluiſſe.

4) Cum Anno milleſimo ducenteſ. ſeptuageſ. tertio chorus poſticus templi cathedralis Deiparæ dedicaretur, muliercula præſtò erat ſqvalore obſita, camura, eoqve corporis habitu, ut genibus qvaſi pectus contegeret, paralyſiqve confecta pedum officium in provolutundi inſtrumenta converteret. Qvæ uti aliqvot annis magis repere, qvàm ambulare viſa fuerat; ita & per multa hominum millia hunc in modum volututa circa horas veſpert. ad S. Bennonis cryptum tardum accelerabat iter, ibiq; precibus ad usqve complet. inſtans concione miſſa ingeminabat clarâ voce identidem: O beatiſſime Benno, adjuva me, ut per

Je-

Jeſum valetudini reſtituar. Illicò omnibus membris vividum robur & vita rediit. Qvod ut fieret teſtatius, inſtrumenta, qvibus uſa hactenus fuerat, lignea ad tymbum repoſuit, & longo hominum agmine ibi præſente ſtipata aulam cathedralem Schilov. conceſſit, ubi rigoroſum examen ſubiit, qvamdiu pedum officio uti non licuiſſet? ubi, & penes qvos habitaſſet? ecqvos teſtes vitæ miſerioris producere poſſet? Poſtqvam igitur bigam longè inclutarum Virginum in pago Heiniz inter alios complures præcipuè denominaſſet, ad eandem Theodorum, præpoſit. Afranum ex inſtit. Auguſtin. & Conradum, templi Miſnenſis Cuſtodem, ut explorarent ſingula, Virginesqve, earundemqve familias ſacramento obſtringerent, ipſâ fœmellâ comite, ablegarunt, qvæ qvidem jurejurando adfirmarunt, ſeſe iſtam ultra ſemeſtre ſpacium domi ſecum habuiſſe ſingulis membris incurvam, interqve inopiam ac ſordes deſtitutam opibus ſuis aluiſſe it. eandem toto illo tempore, qvò commorata penes ſeſe fuerit, noctes duxiſſe inſomneis, præq; nimio dolore ſic lamitaſſe, ut tandem, ne omnis interturbaretur qvies domeſticis, ſingulis noctibus conclave ſuum cum alio commutare oportuerit.

5) Anno 1277. Fer. Pentecoſt. ultim. cum encænia in Noſocomio Miſn. celebrarentur, ſurda qvædam mulier Dœbelenſis ad S. Bennonis tymbum advolavit, ad qvem & audiendi facultatem recuperavit.

6) Eodem die inter encæniorum feſtivitates Miſenam conceſſit Civis qvidam Dresdenſis, qvem in gregali hominum vulgo ipſa conditionis ſors honeſtum fecerat, ut qve ſibi aliqvid commemoratione digni comprehendere meditanti omnes & ſinguli ſilentium & benevolentiam accommodare velint, perqvam enixè rogitabat. Ille autem ingenuâ confeſſione fatebatur, ſuam maritam incurvam & planè monſtroſum infantem edidiſſe. Ad ſacramentum verò eidem collatum ſe cum maritâ puerperio adhuc cubante prolem S. Bennonis ſepulcro ſacraſſe, illicoqve naturam deformitatem habili decore rependiſſe.

7) Fœmella Dœbelenſ. pietatis laude coruſca, Meida, die ſuperius cit. ad S. Bennonis cryptam accelerans dictitabat, ſeſe apoplexiâ correptam ad ſemeſtre ſpacium in lectulo decubuiſſe; invocato autem in auxilium S. Bennone convaluiſſe.

8) Alberti, Dapiferi, famulus qvidam Heinricus Prucenſis, ejusq; marita Mechtildis enunciabant, ſeſe filiolam qvinqvennem Kunigundam corpore diutius parum valentem qvondam in toro repoſuiſſe utrisqve intermediam, curarumqve expertes obdormiiſſe; evigilantes autem eandem vitâ functam offendiſſe. Ad adflictiſſimam iſtam miſeriam ſtupore ſe exanimeis luxiſſe inſolabiliter ereptam, ſubqve horas matutinas ad S. Bennonis conditorium ſuam deportaſſe Kunigundulam: inter qverimonias tandem flebiles vel à Clericis in templo auditas & preces ſeriò conceptas eandem

dem reſpiraſſe, vivamqve & incolumen ſibi fuiſſe ruſtitutam. Id qvod contigit anno ſuperiore, circa Feſt. Div. Johann.

9) Anno 1277. d. 8. Petri & Pauli Apoſtolorum, fœmina è pago Brogtiz ad S. Bennonis tymbum accedens dictavit, ſe anni ſpacio, & qvod excurrit, profluvio ſangvinis laboraſſe, jam verò ad ejusdem cryptam convaluiſſe.

10) Heinricus Owenſis, Civis Miſnenſis ejusqve marita Jutha filiolam matri cognominem gibbum, pedesqve inverſos à primis incunabulis referentem, jamqve Sexennem malo in dies ingraveſcente S. Bennonis tymbo ſacrarunt, ad qvem & ex ſingulis deformitatibus ſic convaluit ut cum parentibus ſoſpes abire potuerit.

11) Lanio qvidam Freibergenſis, Nicolaus, ex ulcere laborabat: qvod cum ungeretur, implorabat S. Bennonem; actutum verò per ſcreatum conſidere occœpit. Id qvod contigit circa octav. Petri & Pauli.

12) Otto, Euckenberti, Civis Miſnenſis, filius habebat puſionem, cujus in faucibus ulcus qvoddam enatum fuerat, qvod qvidem obſtabat, qvò minus nec matris ubera ſugere, nec aliis nutrimentis frui poſſet. Ille verò S. Bennonis cryptæ ſacratus convaluit.

13) Fer. III. Paſchat. Ann. 1278. Nicolaus qvidam, Civis Grimmanus cum maritâ ſuâ Chriſtinâ ad S. Bennonis ſepulcrum acceſſit, ibiqve repetiit, ſe habuiſſe infantem ſemeſtrem, cui XVI. hebdoma-

darum ſpacio gibbus in modum capitelli cujusdam ſuccreverit: ubi verò eundem S. Bennoni ſacraſſent, molem planè penitus deſediſſe. Id qvod & jurejurando confirmant tres Vicini, qvi ſimul ad aram advolarant, Waltherus ſcil. Johanna & Irmigard. præſentibus aliqvot Canonicis, aliis Glericis & haud paucis è plebe.

14) Eod. anno Petrus Burckardisdorffenſis unà cum maritâ Pſibitâ comparens longius pertexebat, ſui filium, Martinum, qvatuordecim annorum ad anni ſpacium ambabus manibus incurvum plerumqve ſecundo, tertio & qvarto die in terram procidiſſe non ſine inſigni doloris ſenſu. Illum pòſt die Saturn. ante Michaëlis Feſt. rus abiiſſe, adqve aratrum concidendo mortem obiiſſe. A matre autem ad usqve diei dimidium pro mortuo reputatum ad votum S.Bennoni factum Spiritum duxiſſe, manibusqve valuiſſe. Confirmat idem ſacramento ut & Vicinorum triga, Matthias, Heinricus & Bertha ad præſentiam multorum coram B. Virg. altare.

15] Agricola Kœzenbrodanus, ejusqve uxor Bertha habebant filium Albrechtum decennem, qvi à terra effoſſam herbulam commederat, jamqve celebraturus jentaculum ad fontem itionem fecerat, inqve revertendo graviter ad terram concidens diem obierat. Id qvod videntes Vicini indixerant parentibus. A primo autem jubaris ortu ad usqve ſeram veſperam exanimis ad ſacra Bennonis tymbo facta illicò reciviſcere occœpit.

Jure-

Jurejurando omne illud confirmabant Vicinorum aliqvot, utpote Johannem *B*auerum ejusqve maritam Chriſtinam, Petrum, Andream, Martinum & Heinricum teſtes oculatos producentes. Acta autem hæc ſunt die Erici poſt ſacra Johann. ann. poſt Chriſtum natum 1279.

16) Eodem anno fœmella qvædam Freibergenſis Petri ſaedi diſſerebat, ſui filium decennem, Albrechtum, ex epilepſiâ laboraſſe, S. Bennonis tymbo autem ſacratum convaluiſſe.

17) Eod. anno fœmina qvædam *B*erchtradis cum filio ſuo gibboſo Nicolao ad S. *B*ennonis conditorium acceſſit. Ad incenſum funale cryptæ impoſitus circa tempus veſpertin. matri occinere cœpit identidem: Valeo ego, incedere rectè licet. Id qvod & res ipſa comprobavit. Dejerantes enunciarunt idem Berchtoldus faber, ejusqve marita Kunigundis, à qvibus parens & filius excepti fuerant binarum noctium hoſpitio, nec defuerunt teſtimoniis ſuis Otto, aliiqve materiarii, in templo ſtruendo tunc occupati.

18) Ejusd. ann. d. 5. Donat. Vidua qvædam Eliſabetha Hardecenſis iter 30. milliar. conficiendo Miſenam conceſſit, ibiq; palàm dictitavit, ſeſe qvindecim annorum ſpacio manus pedisqve ſiniſtri munere ex vitio diſtortionis fuiſſe interceptam: conſiliis autem ejus loci Diaconi illectam votum S. Bennoni ſe nuncupaſſe illocoqve convaluiſſe, quin & inſtrumentis ligneis ad S. Benn. tymbum ſuſpenſis incolumem abiiſſe. Eam graviſ-

ſimâ

ſimâ implicitam fuiſſe artuum valetudine jurejurando confirmavit Civis Miſn. Heinr. Zahnius, ejusq; marita Mechtildis, ut & Gertrudis, qvam binis noctibus ſociam in hoſpitio habuerat. Inceſſum ejus erectum comprobarunt oculati teſtes aliqvot è Canonicis, Decanus & Præpoſitus Wurzenſ. aliiqve complures.

19) Anno aliquoties citat. die Adſcenſ. Deiparæ muliercula quædam Chriſtina Gotthardo ad Chanam (fluvium) Miſenam veniens enunciabat, filiolum ſui Conradum unius anni cum dimidio, ſe cum marito operam peregrinis qvibusdam accommodantibus, in fluvium Chanam decidiſſe, exanimemque in fundo unius horæ ſpacio diriguiſſe. A Johanne autem Bavero, clamore famulæ id advertentis inducto, extractum & S. Bennoni ſacratum reviviſcere cœpiſſe. Id quod parentes non ſolùm præſentibus Clericis & laicis honoratioribus jurejurando confirmarunt, ſed & Vicinos, Petrum *Bœzlaum*, Benedictum, aliosque complures teſtes denominarunt.

20) Anno ſuper. alleg. veſperi ante Galli diem Ruſticus Kozenbrodanus Petrus cum filio ſuo decenni Thimone ad S. Bennonis conditorium accedens enunciavit, filium iſtum ſuum foveam margâ refertam intraſſe, quæ quidem ruinam ducendo plus quam decem terrarum vehibus ipſum obruerit: tantâ mole horis binis & amplius gravatum & aliquot hominum operâ è terris erutum S. Bennoni ſe genibus innixum conſecraſſe, exſtinctoq; vitam rediiſſe. Eod.

21) Eod. anno 1279. die S. Urſulæ ruſtica quædam Eiſenbergenſis, Bodislawa filio ſuo quindecim annorum Jacobo comite ad S. Bennonis tymbum advolavit, adque *præſentiam* Epiſcopi Witthichonis, alterius Præpoſiti, Decani, compluriumque aliorum Canonicorum, Præpoſiti item Lauenburgenſis, ejus Prætoris, aliorumque inclitinominis & bonæ famæ Virorum præſentiam commemoravit, filium ſui jam dictum aliquando Miſenam ſecum profectum inter domuitionem concidiſſe, eumque in modum pupuiſſe, ut quinque hebdomadarum totidemque dierum ſpacio ne verbulum quidem effari potuerit; inſtinctu autem Vicinarum S. Bennoni ſacratum convaluiſſe, & integrè ſermocinari cœpiſſe.

22) *Anno 1280. die Saturni ante Viti diem aures, menteſq; attentas rogitans fœmina qvædam Gertrudis. Johannis Zregopenſis merita recenſebat, ſe intra qvinqvennium loqvendi potentiæ fuiſſe expertem, adq; S. Bennonis tymbum à Feſt. Pentec. ad usq; citatum Saturni diem circa Veſper. reſtitiſſe, planeq; penitus ex ſtupore convaluiſſe. Acceſſit autem huc Nicolao, genero ſuo, Cive Gubinenſi, Gerhardi Stadenſis filio, & Ephemia, ejus ſorore ſtipata, qvorum teſtimoniis ad præſentiam F. Petri Vice-gvardiani, & F. Helinberti, ex Inſtit. Franciſc. it. Cuſtodis templi, Miſen. nec non Hartmanni & Johann. Vicarior. res fuit comprobata.*

23) *Anno 1300. Vidua qvædam, Margaretha Frauenſteinia Lipſiâ Miſenam cum Sorore ſuâ conceſſit, ibi.*

ibiq; objurans adſeruit, ſeſe ob ſciſſuras in ſurâ novenarias egeriem purulentam manantes intra qvadriennium pedum officio fungi non potuiſſe: deſiderio autem Jubilæo intereſſendi adfectam S. Bennonis tymbo ſe conſecraſſe, illicoqvé pedibus valorem incolumitatemqvé rediiſſe, ut cum Sorore domum abire potuerit. Enunciantem hæc audierunt Dn. Laurentius Lockovienſis, Joh. Elſtervverdanus, Clericus, Johann. Cocus & Stephanus Mayerus, Notarius.

24) Ejusdem anni d. 22. Jul. Dn. Romfeldus à Polenz, Canonicus Miſen. juxta Petri & Pauli Apoſtolorum altare ad præſentiam Dn. Heinrici ab Elſterberg & Nicolai ab Elſtervverd, templi Miſn. Vicariorum, ut & Stephani Mayeri, Notarii publici ediſſertabat prolixius, ſeſe proximo die Lunæ incolumem obdormiiſſe, ſuram autem noctu ſic diriguiſſe, ut ex inſigni cùm cordis tùm pedis læſione pro apoplexiâ pronunciarit. Inter iſtos cruciatus ſacra cerea ad S. Bennonis tymbum ſe nuncupaſſe, voce autem; Deum non exaudire crimine pollutos, per qvietem audita ſe manè à Confeſſionario commiſſorum petiiſſe veniam, precibusqvé ad S. Bennonis cryptam seriò fuſis vividum robur impetraſſe, incolumemqvé non ſine gratiis Deo pro S. Bennonis interceſſione tàm benevoli accepta exhibitis domum abiiſſe.

25) Ejusdem anni d. 2. Aug. circa hor. tert. fœmella qvædam Catharina Molleria, Korſebogenſis dicta, puſionem ſuum Johannem ad S. Bennonis conditorium geſtabat manibus, ibiq; Dn. Nicolao & Johanne

ne ab Elſtervverd, fratrum & Clericorum bigâ, Stephano Mayero & Yokio, Cauſidico Miſen. præſentibus commemorabat, filiolum iſtum ex editiore ædium loco decitiſſe, adqve horam examinem: ne qvidem ſpiraſſe; S. Bennoni autem ſacratum collectis viribus rediſſe in vitam.

26) Ann. ſuperius citat. d. 2. Aug. Heinricus Benemeiſterus Dresdâ Miſenam conceſſit, perq; Numen in cœlis ſummum, cœnæq; Sacramentum illo ipſo die ex Confeſſionari manu ſumptum juravit, ſeſe ad ſexennium claudum fuiſſe & clinicum, eaq; propter Petrum & Paulum, ſed conatu planè fruſtraneo, inviſiſſe. Famâ autem S. Bennonis miracula adprobante, ſe ex itinere reducem Votum eidem nuncupaſſe eaqve hora qva idem exolverit, convaluiſſe. Actum ad præſentiam Dn. Nicolai ab Elſtervverd, Vicarii & Joh. Camentii, Marchioni Miſn. Wilhelm. à miniſterio, nec non Stephani Mayeri, Notarii.

27) Ann. ſuprà citat d. 5. Aug. fœmina qvædam Northuſana Oſterbolda circa Veſp. adolando commemorabat, ſeſe ex ſangvinis profluvio ferè qvinqvenn. laboraſſe, tumoremq; corpore omnibus morborum artificibus difficilem contraxiſſe. Ad ultimum ſe à marito jubilæi causâ Miſenæ commorante S. Bennonis tymbo inſcienter ſacratam ipſo reduce ex utroq; morbo convaluiſſe. Confeſſa id omne eſt publici ad præſentiam Joh. à Lobeniz, Conradi ab Eckersberg, Vicarii Miſn. Nicolai ab Elſtervverd, Clerici, & Stephani Mayeri, Notarii.

28) Die 8. Aug. anni toties citati hor. Tert. Vir qvidam Conradus Slovvicius ad S. Bennonis ſepu

crum

crum jurejurando adfirmavit, ſeſe qvadriennio adeò claudum fuiſſe & incurvum, ut nonniſi pedibus è ligno confectis incedere licuerit: poſt vota autem S. Bennoni miraculis tunc inclareſcenti facta ægrè horſum claudicaſſe, ibiq́; ſanitati reſtitutum ſigni loco inſtrumenta lignea ſuſpendiſſe. Viderunt idem & teſtimonio comprobarunt Dn. Nicolaus ab Elſtervverd & Bernhardus à Liebenvverd, Clerici, Nicolaus Schumannus, Stephanus Mayerus, Notarius, aliiq́; vel ob integritatem commendabiles.

29) Anni cit. d. 13. Aug. fœmella qvædam Pragenſis, Agnes, Dii Hannus Cracovvyna objurando ediſſerebat, ſeſe anni qvadrante oculorum luminibus fuiſſe orbatam, famâ autem de S. Bennonis miraculis increbeſcente pellectam eidem votum nuncupaſſe, hocq́; unico remedio convaluiſſe. Pollicitis autem minus ſervatis morbum rediſſe qvidem ad ingenium, ſed ad ſatrorum iterationem remiſiſſe. Contigit illud ad præſentiam D. Nicolai Homudii, Chorarchæ Wurzenſis, Johann. Lobenitii, Vicarii, Martini Ezikovii, Epiſcop. Miſn. Notarii.

30) D. 14. Aug. anni toties cit. circa hor. Veſp. Nicolaus Techvvitius Czicenſis comparebat cum uxore Gertrudide, qvæ qvidem jurejurandò confirmabat, ſui maritum intra ſeptem hebdomadas epilepſiâ correptum adeò inſignem contraxiſſe langvorem, ut omni orexi qvatuor hebdom. ſpacio, qvin & lingvæ uſu ad octiduum deſtitutus in extremâ veluti regulâ ſteterit, & propinqvis jam hæreditatis diſper-

ſperticudæ ſpem fecerit: à matre autem aliisq; de S. Bennonis miraculis admonitam ſe cera dupondio eundem S. Bennonis tymbo ſacraſſe, terrisq; digresſurum poſtridiè cibi potionisq; avidiſſimam convaluiſſe. Acceſſit autem ad S. Benn. ſepulcrum cum marita, aliisq; comitibus ſoſpes ac incolumis Deo Sanctoq; Bennoni pro reſtauratâ valetudine agens reddensq; gratias. Quæ ut eò teſtatiora eſſent, ad præſentiam Conradi à Lobda, Marchioni Wilhelmo à reditibus adminiſtrandis, Nicolai ab Elſterwerd, Clerici, & Stephan. Mayeri Notarii fuerunt enunciata.

31) Anni ſuper. cit. d. 17. Aug. circa hor. tert. Nicolaus Hoffmannus Freibergâ Miſenam conceſſit, illicq; ejuravit, mures qvosdam majores ante tres hebdomad. mingendo ſui vultum conſpurcaſſe, ſicq; læſiſſe, ut caro putredine contractâ genis deciderit. Mœrore iccircò perplexum S. Bennonis cippo ſe devoviſſe, ſuamq; carni integritatem rediiſſe. Contigit ad præſentiam Johannis Wurzenſis Clerici, Andreæ Hambargenſis, Notarii, Johann. Godofredi & Stephani Mayeri, Notarii aliorumq; complurium.

32) Ejusd. anni d. 18. Aug. circa hor. prim. Thomas Haynenſis juramento confirmabat, ſe duodecim ann. utroq; pede claudum fuiſſe & clinicum, nec incedere valuiſſe, niſi inſtrumentorum, manuum brachiorumq; adminiculo, nec potare, niſi aliorum ope adjutum: ad votum autem S. Bennonis tymbo nuncupatum ſe DEI & S. Bennonis auxiliô convaluiſſe.

Actum ad præſentiam Bertholdi Gebeſii, Nicolai
Elſtervverdani Clerici & Stephan. Mayeri Notarii.
33) D. 24. Aug. anni vel toties cit. fœmina qvædam
Miſenenſ. Adelheidis Heringia circa hor. tert. ad
S. Bennonis ſepulcrum jurando confirmavit, ſeſe
oculis decennio, pedibusq́; ſpacio menſtruo praviter
laboraſſe, ad votum autem mediante pupillarum
argentearum, pedumq́; cereorum bigâ S. Bennonî
factum ex utroq́; morbo convaluiſſe, eaq́; propter
DEO, ſanctoq́; Bennoni ſummas agere & habere
gratias. Actum ad præſentiam Nicolai ab Elſter-
vverd, Johann. Scribarii Halberſtadenſis & Ste-
phani Mayeri, Notarii.
34) Die jam citato ejusdem anni circa hor. Veſp. alia
fœmina Kunna, Heinrici Steinmetzeri Nordhuſani
marita Miſenam advolavit, ibidemqvé ſacramento
confirmavit, ſeſe undecim annorũ ſpacio ex pede, in-
ſuper & apoplexiâ & eryſipelate nonnunqvam gra-
viter laboraſſe. Ad votum autem S. Bennoni nun-
cupatum in templo Nicolaitan. extra urbem ſacris
vacanti ſibi, qvaſi mali congeries ad inſtar laticis
deflueret pedibus, viſum fuiſſe, genibusqvé poſt va-
lorem rediiſſe, ut reſtituta ſanitati incedere pedi-
bus, domumqvé abire potuerit. Actum ad præſen-
tiam Nicolai ab Elſtervverd, Johann. à Lobenitz
Vicar. Miſn. Stephaniqvé Mayeri Notarii.
Ejusdem anni die toties allegato, eodemqvé dici
35) tempore Virgo qvædam Clara Sveidenicenſis Bu-
diſſinâ conceſſit Miſenam, illicqve loci recenſuit, ſe-
ſe duodec. ann. claudam & Epoplecticam, ſingulis-
qve

*qve menſibus animi adeò amentē fuiſſe, ut & vinculis inſaniam luerit: ad votum autem Bennoni nuncupatum ſe exomni morbo convaluiſſe, ſpeqve lætàm majora valetudini incrementa expectare. Actum ad præſentiam Dn. Joh. Wurzini, Georgii Leutneri Schilov. Stephani Mayeri Notar. & Margarethæ Sommerfeldenſis, qvæ & Budiſſinenſis jusjurandum dedit, ne pro confictitiis jactentur.*

36] D. 30. Aug. anni cit. circa hor. tert. Clauſius Eckersbergenſis ejusqve marita ad S. Bennonis tumulum advolarunt, ibiqve enunciarunt uno ore, ſui filium Johannem, integro anno epilepſiâ laboraſſe, S. Bennoni autem ſacratum convaluiſſe Actum ad præſentiam Nicolai Elſtervverd. Clerici, Franciſci Suſelizii, Sutoris Miſnenſis Stephaniqve Mayeri, Notarii.

37) Anno ſuper. alleg. die. ult. Auguſt. circa hor. tert. Eliſabetha Bornenſis ad S. Bennonis ſepulcrum acceſſit, ibiqve ſacramento confirmavit, ſeſe viginti ann. claudam fuiſſe, ut nec erigere ſe, nec laboribus perfungi potuerit, ad votum autem S. Bennoni nuncupatum dolores conceſſiſſe, ſuamqve pedibus integritatem rediiſſe. Actum ad præſentiam Joh. Wurzenſ. & Nicolai Elſtervverdenſis Clericorum, Nicolai Cometavenſis & Stephani Mayeri, Notarii.

38) Eod. anno & die Heinricus, Altendorffius Wintersburgenſis acceſſit Miſenam, ibiqve enunciavit, die Mercurii poſt aſcenſionem Deiparæ horis antemerid, turbam prædabundam ſexcent. eqvitum

circa fines, qvibus accoleret, feciſſe excurſiones, eqvorumqve pabulantisqve pecoris globum direptum abegiſſe, ſe verò pro ſuo Vicinorumqve grege in pratis errante, aqve puerulis obſervatô Deum Sanctumqve Bennonem implorantem, hujusqve tumulo votum peregrinationis religioſæ intra qvindecim dies conficiundæ nuncupantem ad impetum hoſtilem nihil trepidaſſe, nec imminentibus centum eqvitibus rapinas timere habuiſſe. Actum ad præſentiam Bernhardi Gebeſii, Johann. Lobenitii, Vicarii Miſen. & Stephani Mayeri Notarii.

39) Anno poſt Chriſtum natum 1394. d. 12. Jun. circa hor. tert. Nicolaus Voigtius, Civis Miſn. ad S. Bennonis ſepulcrum in templo acceſſit, objurandoqve confirmavit, ſeſe longo tempore laboraſſe oculis, eaqve morbum incrementa ſumſiſſe, ut tandem intulerit cœcitatem. Ad ultimum ſe maritæ ſuæ inſtinctu oculorum cereorum bigâ S. Bennonis tymbo ſacratum putaſſe, materiem ad inſtar piſorum emanere ex oculis, actumqve ſuam oculis integritatem rediiſſe ad præſentiam Dn. Ramfoldi Polenciani, Canonici, Bertholdi Gebeſani, Vicar. Albrechti Cappeldorffii, Civis Miſn. Jacobi Leitneri & Stephan. Mayeri Notarii.

40) Anno dieqve cit. ſubqve idem tempus Eliſabetha, Nobilioris Bebirzeri Reppenitiani uxor, Matrona gravis acceſſit Miſenam, illicqve ejuravit, ſeſe undecim hebdomatarum ſpacio ob puſtu-

las

las intumeſcentes & cuticulas ſuccreſcentes inſignes in oculis ſuſtinuiſſe dolores: ad ſacrificium autem S. Bennonis tymbo nuncupatum puſtulas cuticulasqve ad inſtar ſqvammarum decidiſſe ab oculis, iisdemqve dolore conſopito ſuam integritatem rediiſſe, eaqve ex cauſa ſe huc ad laudes gratesqve Deo & S. Bennoni reddendas perveniſſe. Actum ad præſentiam Dn. Ramfolgii Polemiani, Canonici, Bertholdi Gebeſani, Vicarii, Jacobi Leitneri, & Stephani Mayeri Notarii.

41] D. 14. Jun. anni ſup. cit. Petrus Keſelerus ad S. Bennonis tymbum conceſſit ſtipatus comitibus, qvi uno ore teſtimonium denunciabant, ipſum ad biennium cum ejus dimidio epilepſiâ laboraſſe, ſexiesqve ſæpius die concidendo eum contraxiſſe morbum, qvi ferè degenerarit in rabiem, præterea febrem qvoqve inſigni frigore conſociatam ad dies ſeptendecim invaluiſſe: ſacrificium autem cereum S. Bennonis tymbo nuncupantem ejus merito & interceſſione apud Deum ex utroqve morbo convaluiſſe, qvod omne ipſemet jurejurando confirmavit ad præſentiam Nicolai ab Elſtervverd, Matthiæ Calov. & Nicolai Burniſii Clericorum & Vicar. Miſen. nec non Stephani Mayeri Notarii.

42] Ejusd. anni die ſuprà citat. Petrus qvidam, filius Niconis è pago A horn, Ephoriæ Miſen. ſubjecto cum matre Margaretha advolavit, heicqve loci recenſuit, ſeſe ſuppurationibus & puſtulis in utroqve pede invaleſcentibus adeò elangvuiſſe ut qva-

tuordecim annorum ſpacio incedere neqvierit; à matre autem proximè præterlapſa hebdomade cruc. Miſenæ ſacris vacante deqve S. Bennonis miraculis multa audiente ſe pedum cercorum, bigâ ejusdem tymbo fuiſſe ſacratum, jamqve ſe à matre promiſſa perfeciſſe, planeqve penitus convaluiſſe. Id qvod ad præſentiam AndreæGrafii, Cantoris & Canonici *M*iſen. Nicolai Elſtervverd. Clerici, Sigismundi Finſtervvaldenſis, Nicolai Buchneri Luben. & Stephani *M*ayeri Notarii enunciavit.

43] D. 16. Jun. anni vel toties citati ad S. Bennonis tymbum fœmella qvædam Miſnenſis Otilia, acceſſit, ibiqve objurans commemoravit, ſeſe ante qvinqvennium utroqve oculo, altero tamen lenius aliqvantò, cœcitatem contraxiſſe, ligniqve cuſpidem pòſt deterioris ſortis oculum, non ſine doloris ſenſu ita feriiſſe, ut pupillam genis inſidere dixiſſes: S. Bennonis ſepulcro autem ſacratam auxilio Numinis utroqve oculo convaluiſſe, feriisq; Pentecoſtal. venerabile Sacramentum & corpus Chriſti in cœna diſpenſatum primô vice lætabundam admirabundamqve in templo Miſnenſi reviſiſſe. Ejus confeſſionem audierunt, literisqve conſignarunt Nicolaus Elſtervverd. Eccl. cathedr. Cuſtodis Capellanus, Jacob. Herzeberg. & Stephan. Mayerus Notarius.

44] Eod. ann. die & tempore Iſenhutia, Matrona honeſta Miſenenſ. accedens enunciabat ingenuè, ſeſe longô tempore ex lue teterrima lepræ adeò labo-

laboraſſe, ut liberis & domeſticis exoſa ad triſtem habitaculi mutandi neceſſitatem adacta fuerit: ad votum a. S. Bennonis tymbo nuncupatum, planè penitus convaluiſſe. Id qvod teſtificatur ad præſentiam Dn. Nicolai Polanenſis, Nicolai Elſtervverd. & Conventor. Zadilenſis, nec non Stephani Mayeri, Notarii.

45] Eodem tempore duæ fœmellæ, Mater Kele, ejusqve filia Adelhaidis molam à lapidibus cognominatam Miſenæqve confinem incolentes accedunt, adqve Dn. Johannis Herſteinenſis, Canonici, Heinrici Schleinitii & Joh. Lobenitii Vicaro, Miſen. Nicol. Elſtervverd. Clerici & Stephan. Mayeri Notar. præſentiam recenſent, ex ſe priorem longô tempore cardialgiâ, poſteriorem pedibus non ſine exqviſito dolorum ſenſu ad anni ſpacium laboraſſe: S. Bennonis tymbo autẽ ſacratas illicò penitus convaluiſſe, & hinc comparuiſſe ad Deum in ſuo Bennone laudandum.

46] Cal. Septembr. anni ſuperius cit. hor. tert. ad S. Bennonis tumulum Dn. Johannes Koltenerus, Canonicus Regularis Lipſ. ex Ord. Auguſtin. cum ſorore ſuâ advolavit, illicqve loci enunciavit, ſeſe proximô Veneris die in brachio dextro ſimul & lingvâ ſic contraxiſſe apoplexiam, ut ſermonis, cibi & potionis uſu interceptus animo ferè concciderit: ad diem autem Erici votum S. Bennonī nuncupantem ſe convaluiſſe. Qvod ut habeatur indubium, produxit teſtes Joh. Wurzenſem, Vicar. Miſn. Joh. Steinbachium, loci Canonic.

Nicol. Elſtervverd. Clericum & Stephanum *May-*
erum, Notarium.

47] Anno poſt Chriſtum natum 1395. menſ. Maj. Jacob. Dobelerus, Haynenſis cum filia ad S. Bennonis tymbum acceſſit, ibique ſacramento confirmavit, iſthanc ſui filiam peſte nuper latius ſerpente correptam aliqvot carbunculos ſub axillâ contraxiſſe, iisque incrementa ſumentibus in dies ad confinia mortis ac vitæ deductam quatuor horarum ſpacio nec reſpiraſſe, nec ullum vitæ indicium feciſſe: à parentibus autem S. Bennoni, viſione quadam abs ſe cognito, ſacratam convaluiſſe, hucque ad laudes gratiasqve Deo O. *M.* interceſſione ejusdem Sancti ad auxilium efficaciſſimè invitato dicendas advolaſſe. Actum ad præſentiam Johann. Radeburgii Vicar. & Jacobi Leutneri.

48. D. 15. Jun. anni jamjam cit. quidam Dominæ Willenlovviæ perſonam ſuſtinens Aldendorfio decem milliar. ab Erfurd. Miſenam conceſſit, tymboque S. Bennon. plantarum argentearum bigam ſacrans edictitavit, Dominam iſtam multos annos ex plantis non ſine exqviſito doloris ſenſu laboraſſe, ſicque increbuiſſe malum, ut apoſtemata & putredinem contraxerit: ad tot autem aſſiduê fuſa ſuſpiria & vota S. Bennoni nuncupata, jamque illius nomine abs ſe ſoluta, convaluiſſe. Act. ad præſ. Joh. Radeburgii, honeſtæque matronæ Tanmanniæ.

49] D. 19. Jun. ann. poſt Chriſtum natum 1395. fœ-

fœmella quædam Elzabz. Redlichia Langenlubio haud procul Rochlic. ad S. Bennonis tymbum acceſſit, ibique enunciavit, ſeſe integro ſeptennio graviſſimâ implicitam valetudine totoque corpore incurvam fuiſſe, ut nec incedere, nec motiunculis vacare potuerit: ad votum autem, ſeſe ſcilicet S. Bennonis interceſſione ac merito valetudini reſtitutam ejus ſepulcrum religioſe inviſuram, nuncupatum ſic malum inveteratum remiſiſſe, ut manuum pedumque adminiculo provoluta ingenti quidem cum difficultate Miſenam contenderit: in itinere autem denuò in auxilium vocato S. Bennone, ſimulac Rochlitium redierit, ſe convaluiſſe, adque laudes Deo & S. Bennoni dicendas huc advolaſſe. Eandem adſertionem audierunt Andreas Graſius, Canonicus, Paulus Freibergenſis & Joh. Radeburg. Vicar. ut & Nicol. Hœmudius, Canonicus Wurzenſis.

50] Ann. Dn. 1483. Canonicus quidam Miſnenſis tædam è cera confectam S. Bennonis tymbo ſacrabat, ibique commemorabat, ſeſe iſtam toto corpore & inprimis capite ad tempus minus valentem DEO & S. Bennoni nuncupaſſe idemque ad votum convaluiſſe.

## Liber II.

## Exſeqvitur miracula â Bennone Monachii 1601 & 1602 edita.

*Series miracul. Monachii edit. qvorum innotuit.*

1) IN Agatha Obermayeria Weſſenbrunnenſi ex ſuris ægrâ.

2 in Ulrici Krachaſii, aurifab. Monach. infante eryſipelate correpto.

3 in Nicolao Plaunio Choraul. Monac. clinico.

4 in Chriſtophori Mayeri, tabellarii Monach. filiolo ore ſciſſuris inſignito.

5 in Michaële Rollio, Cive Monac. doloribus è brachio ſubnatis vexato.

6 in Anna Mittermayeria ſuræ dolore exercita.

7 in Andrea Schmidio textore Monac. clinico.

8 in Daniele Moliithorio milite glandis ictu percuſſo.

9 in Johannis Härtelii Caſtenſeenſis filiolâ pedibus non ſatis firma.

10 in Georgio Hœrlio, Cive Monacenſ. cæco.

11 in Fr. Georg. Widmanno ex inſtit. Auguſt. Sacerd. Conr. Monacenſ. Sangvinis profluvio enervi.

12 in Annæ Paertiæ, ruſticæ Freiſingenſ. filiolo Adamo pedibus capto.

13 in Catharinâ Herbinæ, Civis Monac. duabus filiolis miſerioribus.

14 in Principe quadam illuſtri anonyma epilepticâ.

15 in Petro Hazlero, Fuckſprigenſi ex ædibus prolapſo.

16 in

16 *in Caſpar Seemülleri marita morti proximâ.*
17 *in Rebecca Foitiniâ Sorore ex inſtit. 3. Reg. S. Francisc. caſu obrutâ.*
18 *in Barbara Heilmülleria pedum officio deſtitutâ.*
19 *in Anna Glickhina, Sorore ex Reg. & congregat. super. citat. è ſcalis derutâ.*
20 *in Nobiliſſ. Dn. Nothhafftia clinica.*
21 *in Dn. Melchiore Egermayero, Diacon. Vorſterried. corporis labe correpto.*
22 *in Johann. Lechneri marita miſeriori.*
23 *in Adami Palſii, Weiblingenſis uxore gravidâ.*
24 *in matrona quadam anonyma brachii uſu intercepta,*
25 *in Apollonia Grabſchuſteria inſanæ mentis fœmina.*
26 *in Anna, Adami Eckeri marita paralytica.*
27 *in Wolfgangi Guerneri eqvo morbido.*
28 *in Eliſabetha Fauſtneria debiliori.*
29 *in Georg. Lehmanno, Hirſchbergenſi ſecuri vulnerato.*
30 *in Georg. Sentlingeri maritâ cancri dolores experta.*
31 *in Apollonia, Civ. Monac. miſeriore.*
32 *in Joh. Müllero Ottenhofenſ. ſtupido.*
33 *in Joh. Kumpffii, Monsdorff. marita ex pedis condylo percuſsâ.*

1) DIe 21. Novembr. ann. 1601. Monachii in templo noſtro cathedr. D. Virgini ſacrato Agatha Obermayeria Weſſenbrunnenſis, fœmina honeſta, eaq; qvadra-

dragenaria, qvæ aliqvot annos Dn. Wolfgango Fiſchero, Sereniſſ. Bavariæ Electoris Muſico & grammatophylacii adminiſtro, ut & Viro Nobiliſſ. Dn. Alexandro Hundertpfundio in Walſtatt, Conſiliario intimo fidem & integritatem famulæ ſatis probarat hactenus, denunciabat, ſeſe Feriis Pentecoſtes proximè præterlapſis ſurâ ſiniſtrâ adeò laborare cœpiſſe, ut præ nimio dolore diem noctemq; in ſomnem duxerit. Tandem ad Virorum ſpectabilium interceſſionem beneficia noſocomii Electoralis ſeſe participaſſe, XIV. hebdomadarum ſpacio parum valentem, inſtrumentiq; lignei adminiculo ægrè viam capeſſentem pedem ligneum, cingulá corpori non citra moleſtiam alligatum, in adjumentum adhibuiſſe. Medicamentis autem à Dn. Thoma Meermanno, Sereniſs Bavar. Elect. Conſiliario, & D. Adamo Fabro, itidem Conſil. & noſocomii Electoral. Medico, nec non D. D. Meermanni Adjuncto Georgio Grembſio, & Jo. Georg. Hoffſtädtero, Chirurgis toto illo tempore incaſſum adplicatis, ſuraq; vel ad punctûs, Sectiones & ambuſtiones inſtar ligni & aſſeris indolentiam contractâ, omniq; de ſanitate recuperandâ ſpe in-

intercisâ, ſeſe reluctantibus Medicis, argumentisq́; pro patientiâ firmanda, thermisq́; proximâ æſtate adhibendis in contrarium productis, de reſectione pedis infra genu inſtituenda conſilium iniiſſe. Circa diem autem Simonis & Judæ Apoſtolorum epulis Dn. Erneſti Gaſneri, Sereniſſ. Bavar. Elect. Ferdinandi à diſpenſandis, in iſta rerum miſeriâ, intereſſe juſſam ſe de S. Bennonis miraculis ex ejus hiſtoriâ ſuſpirabundam ac lacrumabundam audiiſſe, manibusq́; in altum elevatis hæc verba feciſſe: Se primo qvoq́ve tempore Numini in cœlis ſummo ſacri aliqvid dicaturam ſ. inq́; honorem S. Bennonis in templo Deiparæ ad Crucis aram, ejus reliqvis feſtis ſolemnioribus onuſtam, pro ſuâ ſalute ad Miſſam celebrandam ſacrificulum conducturam, ea autem ſacra ferè ad tres hebdomad. diſceptata ſubinde apud animum ac repetita ſe diſtuliſſe, dieq́ve 19. Novembr. huc advolaſſe, propoſitiq́; tenacem inſeqventi die D. Leonhard. Harrerum, ad D. Virgin. Eccleſiaſten ad Miſſam habendam precibus illexiſſe, adq́; orientis ſolis jubar Dn. Carol. Leopold. è Soc. Jeſu confesſionem edidiſſe, inq́; tem-

plo

plo noſtro Deiparæ dicato aliqvot matronis honoratioribus infrà denominatis comitibus ſtipatam animum aureſq́; attentisſimè ad Miſſam advertiſſe, bisq́; pedis ac inſtrumenti lignei adminiculo matronis comitantibus ad ſacra faciunda ægrè claudicaſſe eadem iterantem regrediendoq́; aliqvid ad inſtar exhalationis & ſcotomatis perſentiſcentem ſe ſtupuisſe, metu exangvem concidiſſe, cumq́ve Gaſneriâ in ſedile reverſam digitos movere potuiſſe: demum calore totam ſuram pertentante vincula adimere ſe voluiſſe, ſed cùm tremore tùm gaudio præpeditam à Gaſneria cultrum expetiiſſe, vincliſq́ve reſectis inſtrumentum ligneum abjeciſſe, corporeq́; erecto, genibusq́; flexis ſoſpitem validamq́; ad aram ex manibus Sacerdotis ter venerandum Cœnæ ſacramentum accepiſſe, præterq́; ſpem omnem & opinionem, imò verò ad momentum animâ & corpore revaluiſſe. Qvæ omnia breviter recenſita ut habeantur indubia, Agatha Obermayeria ſacramento confirmavit, teſteſq́; adduxit non ſolùm Medicos ſuprà allegatos, qvi ejus valetudini adfuerant, iisq́ve omnibus chirographis

ſub-

ſubſcripſerant, ſed & cumprimis Matronam honeſtam, Annam Gaſneriam, Annam Kehbrunneriam è noſocomio aulico, Sibyllam Guntneriam &c. In cujus rei evidentiam inſtrumentum ligneum, qvô loco pedis hactenus uſa fuerat, ad tymbum S. Bennonis ſuſpendit, id qvod nemini eſſe poteſt obſcurum. Aſſertionem autem repetiit ad præſentiam D. D. Sebaſtiani Franzii, Theol. Licent. Decan. Heinrici Anslæi, Theol. Lic. & Canon. Monacenſ. M. Wolfgangi Stromayeri, Cooperator Senioris, Leonh. Harreri, Levit. M. Sebaſtiani Klainii, Notarii, aliorumq́; honoratiorum complurium, qvin & adeò apertum eſt & manifeſtum, ut univerſæ Civitatis propemodum ore celebretur.

2) Die 1. Decembr. anni jam allegati Ulricus Kracherus, Civis & aurifaber Monac. Eſtin. oriundus ann. ætat. 28. denunciavit, Mariam Sui maritam proximè præterlapſo menſ. Novembr. ante Catharinalia præſenti vitæ periculo parturiiſſe, qvatuor autem obſtetricum ope levatam expectantisſimum partum ægrè ac difficulter abſolviſſe; infanti autem per Mari-

am

am Elſenpœkii, ferrarii & artomatarii maritam communi omnium ſaluti oblatæ, ſacri fluminis undâ tinctæ, matriq́; cognomini brachiolum ſiniſtrum, nigrore contracto, in tumuiſſe, Dominumqve D. Joh. Heinr. Minſingerum, Seren. Bavar. Elector. Conſiliarium & Archiatrum, & Joh. Georg. Hoffſtædterum, Chirurgum juratum Monac. in conſilium vocatum remalo ingraveſcenti proq́; eryſipelate reputato, medicamenta, emplaſtra, aliaq́; fomenta, ſed vel tantillum proficientia, ad usq́; XII. dies applicuiſſe, omnemq́; in brachiolo ſenſum expiraſſe. Intereà temporis Johannem, Nobiliſſ. Dn. Jac. Zwengii Conſulis Monac. maritam inviſiſſe puerperam, trepidamq́; confirmaſſe, multaq́; mira de fœmellæ cujusdam reſtitutione pervulgata intertexentem eandem in ſacra pro ſe & infante S. Bennonī faciunda illexiſſe, ceræq́; qvaternione ad conficiendum brachiolum nuncupato nigrorem tumoremq́; nocte ſeqventi conſediſſe, ſangvinem reducem toto ſe brachiolo miſcuiſſe, haudq́; obſcuris indiciis ſenſum ac integritatem poſtliminiò rediiſſe. Vidiſſe id poſtero die Sigismundum

Pocium, Witteberg. Saxonem, Hoffſtædteri tonſoris famulum, conſternatumqve inſubidas iſtas ac inſperatas rerum vices Hoffſtædtero indigitaſſe. Teſtimonium autem non ſolùm tonſorem iſtum, ſed & Apolloniam Nadleriam, & Mariam Seegeriam viduas, à Conſulis Marita hanc in rem reqviſitas, ſingulorumq; gnariſſimas denunciare. Valere autem infantem huc usq;, ſuccreſcenteq; carne tumorem coire, inq; digitulis ſaltim aliqvam ſupereſſe diſtractionem. Qvæ ut pro indubiis habeantur, Monachii in ſacrario templi ad D. Virg. tempore ſuperius allegato enunciavit ad præſentiam D. D. Sebaſtiani Franzii, Theol. Licent. & Decani, Heinrici Anslæi, Theolog. qvoq; Licentiat. & Canonic. Monacenſ. M. Wolfgangi Stromayeri, Cooperatoris ſenioris, Johann. Scharmanni, Cuſtodis, Georgii Hoffſtædteri, Chirurgi, *M.* Sebaſtian. Klainii, Notarii aliorumq; honoratiorum complurium.

3) Nicolaus Plaumius, Civis & Choraules *Mo*nacenſ. Gerolzhofio Franc. oriundus ann. ætat. 38. ediſſerit, ſeſe longius ægrotaſſe, àq; D. D. Donæſti medicamentis, conatu fruſtraneo, votum tandem de integritatis reſtitutione deſperaſſe: S. Bennoni autem viſo, qvam primum egrediendi daretur facultas, ſacrificium & Miſſam ſe nuncupaſſe, actutumq; melius habuſſe, paucisq; inter-

jectis diebus planè penitus convaluiſſe. Id qvod præter D. Donæſtum Plaumii marita, Wolfgang. Dumbergerus, Civis *Mo*nacenſis, aliiq́; ſingulorum gnariſſimi teſtimoniis confirmant, utq́; memoriæ prodantur, enixiſſimè contendit. Actum in ſacrario templi ad D. Virg. circa Veſper. d. 8. Dec. ann. 1601. ad præſentiam D. Sebaſtiani Franzii, Decani, M. Georgii Endreſii, Cooperator. junioris, Leonhard. Harreri Levit. Johann. Scharmanni, Michaëlis Dorffſchmidii & M. Sebaſtian. Klainii, Notarii &c.

4) Chriſtophorus Mayerus, Civis & tabellarius Monac. qvadragenarius Aſcholtingio oriundus cum maritâ Margarethâ in ſacrario templi ad D. Virg. interſacra, hora 8 & 9. antemeridianis enunciabat, ſeſe filiolum bimulum cum anni dimidio habere ſibi genitori cognominem, ore duabus ſciſſuris inſignitum, dolorumq́; acerbitate exagitatum, matremq́; multas matronas magni precii latices largiter erogantes, morborumq́; artifices in conſilium vocaſſe, ſed fomentis omnibus incaſſum applicatis ſciſſuras ea ſumſiſſe incrementa, ut haud temerè malo putredinem ad intra timuerint. Maritam autem in iſto rerum articulo S. Bennonis miracula ſubinde apud animum repetentem, imò verò per qvietem recolentem Miſſam & ſacrificium cereum eidem nuncupaſſe, votoq́; exſoluto puſionem è templo reducem actutum, ſine ulteriori medicamentorum interventu, convaluiſſe. Qvod ut majorem inveniat fidem teſtes produxit Joh. Pfanzelterum, Civem & hujus loci

loci operarium, Annam Baumſtauberiam, aliasq; Vicinas complures, qvibus Mayeriæ in templo Div. Virgin. Miſſæ vacanti adſtantibus de puſionis adflictiſſima miſeria ejusq́; incolumitate liqvidò conſtitit. Actum loco & tempore ſuperius citat. d. 15. Decembr. 1601. ad præſentiam Rev. Dn. Sebaſtiani Franzii, Theol. Licent. & Decan. Joh. Panthaleonis Pronneri, Canon ſenioris & ad D. Virg. ſummi Cuſtodis, Leonhard. Harrerii, Levitæ, in hoc negotio ſacrificuli, Joh, Scharmanni, Cuſtodis, Michaël. Dorfſchmidii, M. Sebaſtian. Klainii, Notarii publ. aliorumq́; honeſtiorum compluriũ.

5) Michaël Rollius, Civis Monac. LX. ann. objurando teſtatur, ſeſe multos annos è brachio laboraſſe, doloribusq́; obrutum integro biennio ejus cùm in aliis expediundis, tùm in cibo capiendo caruiſſe adminiculo. Miracula autem S. Bennonis & lectitantem & inaudientem pro ſalute ſuâ DEO commendandâ ſe Bennonem iſtum invocaſſe, ceræq́; pondo ad Miſſam nuncupaſſe; ſacris autem occupatiſſimum ſe toto corpore bis horrorẽ perſenſiſſe, manifeſtoq; convaluiſſe, jam jamq́; brachium ſuis vacare functionibus, nec doloris ſenſum niſi ſtatis temporum vicibus, tolerabilius tamen, recrudeſcere. Actum in ſacrario aliqvoties citato hor. 8 & 9. antemeridian. d. 24. Januar. ann. 1602. inter ſacra ad præſentiam ſuprà allegatorum. Teſtes autem omnes Vicinos, plateam Schäffleriam Monach. incolentes, miſeriæ ſuæ gnariſſimos adducit.

6) D. VII. Februar. ann. 1602. Anna Mittermaye-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-44442-p0185-4

ria Antelingio ann. XXXIX. Monachium conce-
dit, ibiq: obteſtando commemorat, ſeſe XII. an-
norum ſpacio ex ſurâ fortuitu laborare cœpiſſe,
ingentiq; dolorum ſenſu obrutam multos mor-
borum artifices in auxilium vocaſſe, tendonibꝰq;
fruſtrà reſectis ad inſtrumentum ligneum corpo-
ris moli ſuſtinendæ, inſigni cum moleſtiâ, alliga-
tam ægerrimè repſiſſe, reſtitutionemq; planè pe-
nitus deſperaſſe. In iſto autem rerum articulo à
Johanna, Dn. Zwengii, Conſulis Monacenſ. mari-
ta ſpontè huc advolaſſe nuncium, S. Bennonis
miracula celebrantem, ad Miſſam & ſacra invi-
tantem, Zwengiamq; ſimilem in modum valetu-
dini reſtitutam ad exemplar exigentem. Illectam
autem ſe votum nuncupaſſe Miſſaq; confecta ad-
eò valuiſſe, ut inſtrumento ligneo abjecto adqve
templum ſuſpenſo bacillo, omnis doloris expers,
ad Dominam remeare potuerit. Soſpitem autem
ſe & incolumem in hunc diem eſſe ſeriò confir-
mat, Dominiq; Zwengeri Conſulis, maritam, e-
jusqve familiares, nec non alios complures, qvi
Miſſæ vacaverant, & ſingula exactiſſimè conſpe-
xerant, produdit teſtes. Actum in ſacrario templi
ad D. Virg. circa hor. 9. antemerid. ad præſentiam
Dn. L. Franzii, Decan. Dni. Pronneri ſenioris, Le-
onhard. Harreri, Levit. Joh. Scharmanni, Cuſto-
dis, Michaëlis Dorfſchmidii & M. Sebaſt. Klainii,
Notarii publici &c.

7) Ann. Dn. 1602. d. 26. Mart. Monachii in ſacra-
rio templi ad D. Virgin. circa hor. 7. antemerid.
Andreas Schmidius Civis & textor Monac. an-
nor.

nor. LXX. Coburgo oriundus ediſſerit, ſe ſe annos XX. graviſſimâ tentatum corporis valetudine, qvatuor qvater vicibus ad ſingulos dies ſæpius fuiſſe clinicum: inaudientem autem ac lectitantem, qvibus inclaruerit S. Benno miraculis, Miſſam ſe ac ceræ dupondium eidem nuncupaſſe, eoqve momento convulſionem qvandam capillorum diſcrimen pertentaſſe, illicoqve ſciſſuram coiiſſe, ſeqve ſanitati reſtitutum omnisqve doloris expertem valere. Teſtes adducit D. Alexandr. Eurlium, Benefic. ad ſepulchretum D. Vinſ. ejusqve maritam, liberos & familiares, adflictiſſimæ ſuæ miſeriæ gnariſſimos. Actum ad præſentiam Dn. ſuperius allegator. ut & Laicorum Notariiqve.

8) D. 8. April. ann. ſuper. citat. Miles qvidam haud obſcuri nominis, Daniel Moliithorius, Bamberga veteri oriundus ann. 35. Monachium conceſſit, ibiqve loci denunciavit, ſeſe ann. XI. Domino cuidam Auguſtanæ Confeſſioni addicto ſuam probaſſe fidem, eademqve religione initiatum in Galliam, Belgium, Hungariamqve militatum abiiſſe. Anno autem poſt Chriſtum natum 1598. ſub præfecturâ Dn. Georg. Andr. ab Hoffkirchen in Hungariâ ſe decurionem forſeam dies X. ante Martinalia aliqvot cum ſagittiferis qvin & turma pedeſtri ad arcem Lackam 3. milliar. à Caniſcha admotum à Turca qvodam è præſidio ſtativo ligneo ad murum glandis ictu pectoris ſiniſtram penetrante, & lateris poſticũ perfringente fuiſſe percuſſum, maloq; inde enato, perq; trien-

nium ſuccum & vigorem abſumenti Medicorum fomenta, ſed incaſſum oppoſuiſſe. Ad ultimum ſe ſub præfectura Dn. Friderici à Geisberg in expeditione Hungarica ducem deſignatũ anno proximo Monachium conceſſiſſe, ibiq; graviſſimâ implicitum valetudine S. Bennonis miracula inaudiiſſe die a. 20. Mart. noctu S. Bennoni in lecto, habitu Episcop. adparenti, ſeſe fidei catholicæ non addictum Miſſam, militemq; cereum qvin & faſciam è cera rubra conficiundam nuncupaſſe, votaq; cum marita ad præſentiam multorum honeſtiorum in templo ad D. Virg. ſolviſſe. Malo autem bonâ fide inducias faciente, dolore remittente, ſpeq; meliorum abblandiente ſeſe ſubinde apud animum diſceptaſſe humanitatis ſuæ auſpicia, parentibus fidei catholicæ addictis debita, baptiſmi ſibi collati rationem catholicam, maritæq; ſuæ in eadem religione tuenda fervorem, miraculorumq; publicorum in ſanctis DEI eluceſcentiũ haud vanam ſortem, indeq; Monachis ex inſtituto Nudipedi acceſſiſſe, cum P. Marqvard. Leone, illorum Lectore, de religione Catholica colloqvia ſeruiſſe, inq; ejus ſtudio magnâ cum curâ exercitatum erroris fœditatem agnoviſſe, hæreſiq; deteſtatâ peccatorum confeſſionem edidiſſe, adqve morem Catholicorum *SS.* Euchariſtiam excepiſſe, ſeq; iſtius fidei, dum ſpiraret animâ, conſtantiſſimum fore aſſertorem. Hoc enunciatum audierunt, ſciſſurasqve obductas, viderunt Reverend. Dn. Georg. Lautherius, Theol. D. & Præpoſitus. Sebaſt. Franz. Lic. & Decan. ad D. Virg. Monach.

Pr. Le-

Pr.Lector ap.Franciſc. ut & Nobiliſſ. Dn.Heinricus ab Haslang in *C*amer. &c. *S*ereniſſ. *B*avar. Elect. *C*omes *C*ubicularius & *C*onſiliarius aulicus. Dn. Alexander Eurlius, *B*enef. ad ſepulchretum D. Virgin. M. *S*ebaſtianus Klainius Notarius &c. Qvæ ut eò teſtatiora ſint, teſtem denominavit hoſpitem Balthaſar. Geilerum, Zythopeptam, ejusq; uxorem cum tota familiâ.

9) Die 6. Maji anni 1602. hor. 7. antemerid. accedit Johannes Härtelius, ruſticola *C*aſtenſeenſis, circa 50 & 60. ætatis annum Monachium concedit, ſecumq; adducens filiam ann. XVII. palàm ediſſerit, eam XI. hebdomadarum ſpacio utraq; ſurâ laboraſſe, motionumq; expertem ſubinde decubuiſſe, tergoq; ſciſſuras contraxiſſe. A vicina autem ad Miſſam, ceræqve qvaterniorem *S*ancto novitio multis miraculis Monachii inclareſcenti ſacrandum illectam ignoto votum nuncupaſſe, ſeq; parentem huc advolaſſe de ejus nomine ſolicitum. Veritate explorata votum à filia factum ſe ſolviſſe, actutumq; malum remiſiſſe. Hinc hodiè filiam, qvæ voverit, præſtitiſſe, confeſſionem edidiſſe, interq; Miſsâ ſacra Evchariſtiâ petiiſſe & accepiſſe, animoſiusqve à DEO ejusq; *S*ancto ſucceſſuram ſperare incolumitatem. Teſtes hujus hiſtoriæ adducit ſeptem Vicinos, præcipuè Caſpar. Grillium & Wolfgang. Lechnerum. Act. ad præſentiam Dn. Decani toties citanti, M. Wolfg. *S*tromayeri, *C*ooperator. Leonhard. Harreri. Levit. it. Johannis Häkelii, *C*ivis & Mercatoris Monac. ut & M. Klainii, Notarii.

10) Die 26. Maji ann. 1602. Georg. Hœrlius, Civis Monac. àq; frumentis meliendis refert, ſeſe ad annum ejusq; dimidium oculorum luminibus fuiſſe orbatum, ophthalmicumq; in auxilium vocatum oculo ſiniſtro incolumitatem qvidem reſtituiſſe, dextro autem dolorem increbuiſſe, & ad 8. hebdomadas ita ſæviiſſe, ut induciis fruſtrà expetitis planè penitus de amentiâ inſecuturâ cogitarit, ſuiq; maritam & familiares reſtitutionem deſperaſſe. Poſt conſecrationem autem capitis cerei, pupillarum bigæ, ceræqve pondo S. Bennoni factum dolorem illicò conceſſiſſe, ſeq; omnis doloris expertem jamjam valere. Ad referendas autem gratias benefico in cœlis Numini Sanctoq; Bennoni ad integri anni ſpacium ſeſe ſingulis diebus Roſar. devotionem ſacraſſe, eoq; cultu à Feſt. Natalit. huc usq; fideliter vacaſſe. Teſtatur idem ejus marita, familia nec non tota Vicinia omnium & ſingulorum gnariſſima. Actum ad præſentiam M. Stromayeri, ſenioris, M. Georg. Endreſii junior. Cooperal. & M. Sebaſtian. Klainii, Notarii &c.

11) Fr. Georg. Widmannus ex inſtitut. Auguſtin. Sacerdos, Convent. Monac. Dn. M. Georgio Endreſio, ad D. Virg. Monach. Cooperatori coram & literis rfert, ſeſe d. XXIII. Novembr. anni 1601. proximè præterlapſi ex immoderato narium profluvio laboraſſe, ſicq; malum increbuiſſe, ut medicamenta adplicata vel tantillum profecerint. In iſto autem rerum articulo ſe S. Bennon. in vota vocaſſe Deoq; adflictiſſimâ miſeriam commendaſſe, cum

poli-

pollitïcatione ſeſe,ſimul benè ſperare liceat,veniâ Magiſtratûs ad S. Bennonis aram in templo D. Virg. Miſſam lecturum,illicoq́; profluvium cum magnâ Fratrum admiratione conſtitiſſe. Hæc omnia teſtimoniis ſuis confirmant Rev. Fr. Leonhard. Mayerus, Prior & Sacerdos Auguſtinian. nec non Conrad. Schmalholzius, Civis & à vinis ſolvendis, Balthaſar Geilerus, Sebaſt. Lerchelius, Heymeran. Stirzerus &c.

12) D. 1. Jun. 1602. Anna Paertia, ruſtica qvædam Freitingenſis, Illuſtr. & Generoſ. Lib. Baroni Dn. Euſtachio à Törring. ſubdita ann. ætat. XXX. tuncq́; temporis gravida Monachiũ concedit, inq́; templo D. Virgin. ad præſentiam Dn. Pauli Grainvvaldii & Leonh. Harreri, Levitæ denunciat, ſeſe habere filiolum Adamum, qvi ad annum cum dimidio ne pede conſiſtere qvierit. Miracula autem Monachii ad S. Benn. facta inaudientem ſe pro filioli incolumitate Miſſam nuncupaſſe, eaq́; à R. Patre qvodam è Soc. Jeſu celebratâ tertio die poſt reditum eundem convaluiſſe. Idqve teſtari poſſe totam Viciniam.

13) D. IV. Jun. anni ſuper. citati Catharina, Herbina, Civis Monac. denunciat, ſeſe habere duas filiolas miſerrimas, priorum Eliſabetham, qvinqvennem cum dimidio, ad triennium ex cardialgiâ & eryſipelate laboraſſe, puſtulasq́; & varia Symptomata contraxiſſe, qvæ uno die ſæpius decies inducias, ſed parum bona fide fecerint. Miſsâ autem & imagine cereâ S. Bennoni conſecratam indies melius valuiſſe, puſtulisqve foràs expulſis

 jam

jam jam integritatem ſucceſſiſſe. Actum ad præſentiam Rev. Dn. Alexandri Andorfferi, Canonici, Leonh. Harreri, Lev. M. Sebaſt. Klainii, Notarii Sebaſtiani Hoffmanni Ser. Bavar. Elect. coqvi, Eliſabeth. Pairſtadleriæ & Apolloniæ Haſiæ &c. Poſteriorem Annam Meriam qvadrimulam ab incunabulis brachiolum habuiſſe diſtortius, nec manum dextram capiti adplicare potuiſſe, ſeſe autem ſimilem in modum Miſſam & manum ceream S. Bennoni pro filiæ incolumitate ſacraſſe, atq; votum ſolutum illicò valuiſſe, jamqve brachiolum ſurſum verſus movere. ejusq; adminiculo ſuis functionibus vacare.

14) D. 26. Jul. 1602. circa hor. 5. & 6. antemerid. Monachium concedit Princeps qvædam illuſtris, inqve templo ad D. Virgin. literis conceptis teſtatur, ſeſe d. XXIIX. Maji epilepſiâ correptam non ſolùm lingvâ, ſed & toto ſiniſtro latere convulſionem contraxiſſe: à Conjuge autem S. Bennoni ad D. Virgin. Miſsâ & imagine cereâ ſacratam ad intercesſionem ejusdem Epiſcopi non ſolùm ſermonem, ſed & horæ dimidiô incolumitatem, vividumq; robur recuperaſſe.

15) D. 6. Jul. anni ſuper. cit. Petrus Hazlerus Fueſpergenſis ad præſentiam Dn. Lic. Franzii, Dec. & Leonh. Harreri Lev. refert, ſeſe ante octiduum Nicolao Hilbersdorffenſi Adfini in ſtabulo contegendo ſuam accommodaſſe operam: è tecto autem cum aſſerculorum trigâ decidentem lateri ſiniſtro dextroq; popliti magnum contraxiſſe dolorem vel vincula pedibus injicientem. Miſſam pòſt S. Bennoni ad D. Virg. tot miraculis inclareſcenti nuncupantem ſtatim convaluiſſe, ut hodiè iter 4. milliar. capesſere, votumq; exſolvere potuerit, divinoq; auxilio adjutũ de domuitione cogitare. Lapsûs iſtius gnarisſimi ſunt Michaël Neumayerus Hilbersdorffenſis, ut & Michaël Märckelius, Johann. Wachſius Fueſpergenſis aliiqve.

16) Eod. anno & die Caſpar. Seemüllerus Menzingio infer. Annâ maritâ ſuâ comite Monachium concedit, ibiq; exponit, iſtam ſui maritã nõn ſine rei familiaris intertrimento gravi-

graviter decubuiſſe, eaq́, ex cauſâ Medicum Monac. adhibitũ mortem intra triduum prædixiſſe. Metu perculſum in templum D.Virg. ſe contuliſſe, Deiparâ autem Sanctoq́; Bennone in vota vocatis ægrum animo remeaſſe; ſibi autem reduci maritam miſellam ſuâ ſponte denunciaſſe, viſum abs ſe eſſe ad D.Virg. Bennonem, cui, modò convaleſceret, Miſſam, ſacrificiũ vivum & peregrinationem religioſam induſio conficiundam devotarit: adprobatâ autem maritæ fiduciâ illicò de die in diem, imo in horas ſuum ſucceſſiſſe corpori vigorẽ. eamq́; tandem planè penitus convaluiſſe. Hinc illam hodiè ſacrificulum ad Miſſam celebrandam conduxiſſe, taurum exſectum unius anni lanioni duobus florenis cum dimidio venditum, interveniente precio in S. Bennonis pyxide repoſito, reddidiſſe ſeq; maritæ veſtes iterum induiſſe. Enunciantem hæc audierunt Lic. Franz. Dec. Dn. Joh. Geilkircherus J.U.D. Seren. Bavar. Elect. Conſiliarius intimus & in aula Monac. Cancellarius Leonh. Harrerus, Lev. aliiq́ve.

17) D. 20. Jul. 1602. Rebecca Foitinia, Soror ex inſtit. 3. Reg. S. F anciſci ann. XXIII. Monach. Miſſam ad S. Benn. in templo Deiparæ celebrare curabat, collumq́; argenteum ad præſentiam matronarum è clero honeſtiorum, Anuæ Zötliniæ, Matris & aliarum è Conventum ſacrificabat, ſerioq́; confirmabat, ſeſe qvadriennio abhinc in monaſterii ſui culinâ jugulum ad vaſis cujusdam aqvâ referti cuſpidem alliſiſſe, initioq́; aliqvantò qvidem minus valentem dolorem nihilo ſeciûs brevi tranſiturum ſtatuiſſe, usq́; donec in dies auctus morâ invaluerit. Incenſam autem à matre qvadam reverendâ deſiderio Medicum in auxilium vocandi omnem naturalium medicamentorum uſum, vel ipſo morborum artifice atteſtante, hincq́; præternaturalia urgente, incaſtum adhibuiſſe, adq́: extremum ſpirandi & loqvendi difficultate interceptam S. Bennoni ad D. Virg. ob miraculorum freqventiam certâ ſpe ſalutis & incolumitatis ſe conſecraſſe, illicoq́; doloris ſenſum remiſiſſe, indiesq́; per gradus convaluiſſe. Hoc omne ejus Superiores, totusq́ve Conventus ad præſentiam Dn. Georgii Endreſii, Cooperatoris & Georgii Eberſpergeri Monac. teſtantur.

18) D. 12. Jul. 1602, coram Dn. L. Franzio Dec. & Leonh.

Har-

Harrero Lev. Barbara Heilmülleria Moſacenſis ann. ætat. XXIIX. exponit, ſeſe bienniò ex pede dextero laboraſſe; ante dies autem qvatuordecim ſuppurationes erupiſſe adeò dolorificas, qvæ ante XIV. dies triſtem decumbendi neceſſitatem invexerint. Monitam autem de Sancto Monacenſ. ad Div. Virg. multis miraculis claro, Miſſam eidem ſe nuncupaſſe, ſtatimq; dolorem conceſſiſſe. Teſtes adducit Sacerdotem ſenio inſignem Dn. Ulricum Schopperum, Diac. Altenburgenſ. qvi Miſſam celebrarat, it. Vicinos, Balthaſ. Gürtler. & Joh. Wiemayerum Moſac. aliosqve.

19) D. XX. Jul. ejusd. ann. conſimilem in modum Anna Glickhina Soror ex Reg. & congregat. Superius cit. ann. æt. XXIV. Miſſam ad S. Bennon. celebrandam indicebat, pectusq; argenteum ſacrificans ad præſentiam Superiorum aliqvotq; Sororum enunciabat, ſeſe qvadriennio abhinc in monaſterio ſuo cum ſalino cupreo XVIII. climacteres è ſcalis decidentē pectoris dextram offendiſſe, anniq; ſpacio doloribus confectam ſingulis diebus ſæpius animi deliqvio laboraſſe; Medicorum a. auxiliis fruſtrà in medium vocatis adq; ultimum, vel ipſo Medico ſtatuente, ex pectoris ſciſſurâ haud dubiis indiciis cancri latentis ſubnatis S. Bennoni ſe ſacraſſe, illicoqve omnem dolorem remiſiſſe. Teſtantur idem ſuperius allegati. Enunciatum audiit M. Endreſius Cooperator cum Eberſpergero aliisqve.

20) Anno 1602. d. 21. Jul. Monachii in templo ad D. Virg. circa hor. 7. & 8. antemerid. Erneſtus Cæſar, Legati munere fungens & verbis & literis edocet, Nobiliſſ. Dn. Annam Nothhafftiam ex incluto Seibeldorffiorum è Schenckenar. ſangvine ſatam, Nobiliſſimiq; Dni. Bernhardi Nothhafftii à Wernberg, Aholming, Schœnaick & Alterhafen &c. Conſiliarii Ratisbonenſ. & Prætoris Werdani maritam anno ætatis XXXII. aliqvandiu graviter decubuiſſe, adeòq; brachio qvodam laboraſſe, ut gravidæ aliqvid ſupereſſe virium ad partum abſolvendum nemo putarit, eamq; minus valentem ſubinde alterius fulcro in ſuſtentando lacerto fuiſſe adjutam. Iſtius miſeriæ gnarisſimam ejus ſororem, Nobiliſſ. Mauritii à Rorbach, Hereditarii in Sandelshauſen maritam lacertū cereum qvadrilibrem, Miſſamq; S. Miſnenſium Epiſcopo Bennoni in templo

templo ad D. Virg. jam qvieſcenti nuncupaſſe, illicoq; Dn. Nothhafftiæ dolorem, priusqvam nuncius ſororis Werdam advolarit, ad interceſſionem S. Bennonis remiſiſſe, brachioq; incolumitatem rediiſſe, eamq; obrem ſe juſſa Nobilioris capeſſentem peregrinationem precibus fundendis, promisſisq; præſtandis ſuſcepiſſe: Enunciantem hæc audierunt Dn. Lic. Pranzius, Dec. M. Georg. Endreſius, Cooperator, Leonhard. Harreus, Jo. Scharmannus ſub-Cuſtos, Michaël Dorffſchmidius aliiqve honoratiores.

21) D. 23. Jul. ej. an. huc concedit Dn. Melchior Egermayer, ſexaginta annor. Vorſterriedii ad primum à Monach. lapidem Diaconus. & publice in ſacrario templi ad D. Virg. circa hor. 8. antemer. ad præſentiam Dn. M. Endreſii, Cooperatoris, Balthaſarisq; Lechneri, Benefic. noſtratis Mich. Dorffſchmidii aliorumq; exponit, ſeſe 27. ann. ex inſigni corporis labe ad intra, non ſine dolore, laboraſſe. Miſſam autem, cereorum bigam & eleemoſynam S. Bennoni ſe nuncupantem actutum convaluiſſe, doloremq; conceſſiſſe, ſeq; Miſſam hodie celebraſſe. Idem teſtatur Conradus SpizWeckius Faber totaq; Vicinia.

22) D. 24. Jul. ann. ſuper. cit. Jo. Lehnerus, Sereniſſ. Bavar. Elector. Monach. à lignis conſcribendis in templo Deiparæ maritâ ſuâ Helenâ XL. ann. comite recenſet, iſtam ſui uxorem ad dies 4. brachio ſiniſtro nefandos ſuſtinuiſſe dolores, diuq; noctuq; ob caloris increbeſcentis vehementiam clamores ingeminaſſe. Mediis igitur omnib. & ſingulis incaſſum adhibitis ſe pro maritæ incolumitate Miſſam & imaginem ceream S. Bennoni nuncupaſſe, adq; momentum dolores conceſſiſſe, miſellamq; inſeqventi nocte convaluiſſe. Teſtes adducit D. Leonh. Harrerum, Lev. ad D. Virg. qvi celebrat Miſſam, Simon. Francum. Andream EngelsbergerumCiv. Mon. totamq; Viciniam.

23.) D. 29. Jul. ann. ſup. cit. Adam. Palſius, Weiblingenſis Anna uxore comite Monach. concedit, ibiq; in templo ad D. Virg. exponit, iſtam ſui maritam gravidam qvidem, ſed tempore ad pariendum nondum expleto adeò praviter ægrotaſſe, ut triduo ſtramentis incubuerit, omnibusq; Vicinis ſanitatis reſtitut. deſperantibus pœnitentiâ commiſſorum ductam ex

manu

manu Dn. Paſtoris Mitterndorffenſ. ſacrum viaticum ſumſiſſe. Hiſce in anguſtiis comparuiſſe ipſi S. Bennon. adq; votum eidem factum nocte ſeqventi integritatem ſucceſſiſſe. Teſtatur idem Anna Mülleria Grœbehſis. Walpurgis, parturient. Dachar. adminiſtra, totaq; Vicinia. Enunciatum audierunt Leonh. Harrer. & Jo. Robalto Cuſtos, honoratioresq; complures. Cooperator. Dachar. Joach. Pachmayer. Scr. Clatov. Bav. Satelles, Joh. Scharmann.

*24) D. 30. Jul. ejusd. anni Illuſtris Princeps de matrona qvadam honoratiori Monac. ſibi haud ignota teſtatur, illam ex brachio ſiniſtro laboraſſe; inaudientem autem & lectitantem S. Bennonis miracula Monachii edita Miſſarum bigam, certasq; eleemoſynas loco ſui ſolvendas eidem nuncupaſſe, illicoqve convaluiſſe.*

*25) D. 3. Aug. Apollonia Grabſchuſteria inter inopiam & ſordes deſtituta Aubingio Vicinarum ſuarum triga ſtipata Monachium concedit, ibiq; in ſacrario Deip. ad Bennonis ſanctuarium per Dn. Georg. Reſchium, Cooperator. exponit, ſeſe forſean ante VII. hebdomadas horrendum in modum inſaniiſſe, manibusq; pedibusq; vinculis onuſtam, adq; ultimum conclavio ſecretiori incluſam, diuq; noctuq; adusq; VI. hebdomadas excubiis cinctam vix unqvam qvietam agitaſſe: vicinum autem probatæ fidei Georgium Seeholzerum miſericordiâ illectum loco ſui Monachium abiiſſe, Miſſamq; ceraq; liberam S. Bennoni nuncupaſſe, illicoq; ſe mente convaluiſſe, eq; cuſtodia evaſiſſe. Teſtes adducit VVolfgang. Gotteſmannum, Paſtorem Aubingenſ. ut & Cooperatorem ſuprà allegatum, qvô in Miſſa celebranda uſa fuerat. Enunciavit autem idem ad præſentiam Michael. Heiſſii Leonhardi Harreri. Lev. Joh. Grimmii Benef. Haidhuſani, Bernh. Magerlii Cantor. ad S. Virg. Mich. Dorfſchmidii.*

*26) D. 9. Auguſt. Anna, Adami Eckeri, Illuſtriſſ. Comiti Monfort. à diſpenſandis marita, tunc temporis Ratisbonam incolens, Monachium concedit, ibiq; enunciat ſeſe brachio inſignes ſuſtinuiſſe dolores, iisq; ingraveſcentibus manum alteram, ut & totum collum contraxiſſe paralyſin, hincqve Sermone intercepto integritatem deſperaſſe. Ad votum autem Deiparæ & Bennoni animo ſibi ſubinde obſervanti nun-*

nuncupatum & brachio cereo & Miſſæ adſtrictum ſe per gradus valuiſſe, jamq́; in forum prodire, ſuisq́; functionibus vacare poſſe. Id qvod teſtatum fecit ad præſentiam Dn. L. Franzii, Decan. Leonh. Harrer. Mariæ Mayeriæ vid. aliorumq́;.

27) D. 10. Aug. ejusd. anni VVolfgangus Hornerus Dorotheâ maritâ ſuâ comite Auguſtâ Vindelicorum Monachium concedit, ibiq́; exponit, boves aliqvot lue confectos ſibi cecidiſſe tandemq́; eqvum per pabula errantem ægrotare cœpiſſe, pedibusq́; minus valentem bitui ſpacio ſub dio jacuiſſe, ut qvatuordecim Viri eundem nec movere nec inferre in ſtabulum potuerint. Precibus autem aliqvorum illectum S. Bennoni ſe votum nuncupaſſe Miſſæq́; ad celebrationem eqvum ſic valuiſſe, ut qvatuor Virum adminiculo in ſtabulum illatus jam pabulum decerpat. Hoc adſeruit ad præſentiam D. L. Franz. Dec. Lenhard. Harreri &c.

28] D. 18 Auguſt. ej. ann. Eliſabetha Fauſtneria qvadragenaria inferiori ſentlingio Monachium accedit, ibiq́; exponit, ſeſe triennio adeò parum valuiſſe corpore, ut ſola limen egredi neqvierit, Paſtore autem loci Monachium, ad S. Bennonis ſacra abeunte ſeſe modò ſuccederet incolumitas, eandem peregrinationem vel decuſſatim inſtituendam, Miſſamqve S. Bennoni conſecraſſe, actutumq́; langvorem conceſſiſſe. Enunciatum adiorunt Dn. L. Franzius Dec. Leonh. Harrerus Lev. Joh. Scharmann. Cuſtos & Michael Dorfſchmidii.

29) Ej. ann. d. 1. Septembr. Georg. Lechnernus Hirſchbergenſis ad præſentiam Dn. L. Franzii, Dec. & Leonh. Harreri in templo ad D. Virg. enunciat, ſeſe ſecuri pedem graviter vulneraſſe; cicatrice autem non ita multò poſt obducta eos dolores increbuiſſe, ut operarum vacuo decumbendi neceſſitatem injunxerint. Omni poſt medicamine incaſſum adplicato ſeſe Miſſam & ceræ libram S. Bennoni nuncupaſſe, iterq́; facientem revaluiſſe. Teſtantur hoc Caſpar. Hirſchberger. & VVolfgang. Schefflerus, ejus Vicini &c.

30) D. 17. Sept. Georg. Sentlingerus Schifting. cum maritâ ſuâ Catharinâ ann. circiter 40. & 50. in ſacrarium ad D. Virg. feſtinans hor. 6. autemerid. exponit, ſui uxorem ex cancro interius mammarum ſiniſtra ſubnato ad biennium dolores ſuſtinuiſſe nefandos, morborumq́; artifices, ſed planè

in-

*incaſſum, adhibuiſſe. Ad ultimum illam ad Illuſtriſſ. Dn. Catharinam, Lib. Baron. in Tœrring. & Seefeld, natam L.B.* à Bomelberus *& Hohenburg. iter inſtituiſſe, eandemq́; adflictiſſimam ſui miſeriam edocuiſſe: medicamentis autem, potionibus, herbis, fomentisq́; fruſtra qvoqve morbo adplicatis ſe ad votum S.* Bennoni *nuncupadum fuiſſe ſtimulatum: ad mammæ poſt cereæ penſionem Miſſæq́; celebrationem intra biduum illam convaluiſſe. Teſtes adducit Dn. à Tœring. Nobiliſſ. Johann. Kœppelium, Conſil.* Bavar. *Caſtner. Landsberg. ejusq́; maritam aliosq́; honoratiores. Enunciatis interfuerunt Dn. Jo. Panthaleon Pronnerus, Canon. & ad D. Virg. ſummus Cuſtos, M. VVolfg. Stromayerus Cooperator, M. Sebaſtian. Klainius Notarius, aliiq́;.*

*31) Apollonia Puecheria Civis Monac. aliàs Landisbergio oriunda, ann. 50. heic loci recenſet, ſeſe 3. hebdomad. ſurâ ſiniſtrâ nefandos ſuſtinuiſſe dolores, nec pedibus inſiſtere nec ingredi potuiſſe, ſed inſtrumenti lingvei, adminiculo tardiuſculam ad tempus traxiſſe itionem: S.* Bennoni *autem ad D. Virg. viſo Miſſem & pedem cereum ſe nuncupantem illicò valuiſſe. Act. in ſacrario ad D. Virg. ult. Septembr. circa veſperi ad præſentiam Jo. Panthaleonis* Bronner. *Georg. Endreſii, M. Seb. Klainii aliorumq́;. Teſtantur idem & è Soc. Jeſu Vener. Patres, M. Melchior Finckelius, Miſſæ adminiſtrator & Sigismund. Packhamerus, rei gnariſſimi.*

*32) D. 3. Octobr. Jo. Müller. Ottenhofenſis exponit, ſeſe XX. ann. ſpacio ex morbo pernicioſo ſtuporem qvaſi invehente laboraſſe. Votum autem S.*Bennoni *nuncupantem revaluiſſe.*

*33. Jo. Kumpffius, ruricola. Dorffenſ. objurando ediſſerit ad præſentiam* Balthaſ. *VViedmanni, Civis & Aurifabri Monacenſ. ſui maritam Catharin. qvippa ſenariam longo tempore ex pedis dextri condylo ictu qvodam percuſſo laboraſſe: dolores inducias qvidem, ſed parum bonâ fide feciſſe, mox ad ingenium revertentes omnem qvieſcendi & incedendi facultat. interturbaſſe. Ad votum autem Miſſæ & pedi cereo adſtrictum Sanſtoq́;* Benn. *nuncupatum & à fœmella qvadam notiori loco ſui redditum per gradus revaluiſſe. T. ſtantur idem Hoſpes Viciniq́; complures.* Barbara *Kumpffia, Enunciatum & audierunt Dn. D. Lantherius Præpoſitus, L. Franciſc. Decen. Alex. Eurlius, Benef. ad D. Virg. &c.*

INDEX

# INDEX RERUM.

*qvæ hoc in opuſculo continentur, copioſior.*

A.


ABuſus. *Nulla res tàm bona, qvin patiatur manes ſuos & abuſum. pag.* 5.
Academia Pariſienſis *qvô ſeculo in ea honores conferri cœperint* 105
Academici gradus *qvibus Epiſcopis fuerint collati* 106
Adelbertus *Abbas* 9
Adolfus *Martisburg. Præſul* 93
Adrianus *VI. Bennonem Deorum cœtui adſcribit* 91
Adulatores *deceptores* 118
Afræ *monaſterium qvis perfecerit* 109
Afrani *cœnobii adauctor* 118
Ἀγγελοταξία *novenaria ut figmentum è Dionyſii lacunis hauſtum rejicitur* 3
Agri *fertiles, qvos calcavit Benno* 128
Agros *transeundo fertiles Benno facit* 23
Albertus *V. concubinas lupanari ſuo inferre curat.* 101
Albis *unde habeat nomen* 122
Alexander Papa. *Ejus mors Bennon. canoniſationnem interturbat.* 89
Ambroſius *à prætura in Eccleſiæ Mediolan. Præſulem evectus* 2
Ammianus *Epiſcopatum recuſat* 99
Angeli *Eorum in Ecccefiá triumfante gradus* 3
Anna *infantem aqvis ſuffocatum vitæ reſtituit* 22
Annibal *fortiſſimus Pœnorum Dux* 13
Aqva *Eam in vinum commutavit Benno* 21
Archi-Epiſcopi *qvi dicantur* 2
Archivum *unde* 50
*Scripturæ in Archivis publicis reſervatæ probant* ib.
Antonius *Florentinus Antiſtes* 91
Auguſtoburgum *unde* 24


B.


BAchmannus *Nicolaus Plebanus in* Trempnitz 42
Bambalio 12
Bellum *ejus etymon* 115

*Ejus etymon 115. indoles in Annib. ſomnio expreſſa 12. Ejus an. 978. à Bohemis, ann. 1010. & ſubſeqq. pluribus à ſarmatis, Vandalis &c. Myſis illati exitialitas, ibid. Univerſam morum luem invehit. 13. Bellum Saxonic.* 14

Benno. *Ejus nativitas 6. proſapia. 6. indoles ibid. primum Bernhardo, Hildeſ. Epiſcopo, poſt Vigero, manaſterii præpoſito fingendus formandusq; traditur. 6. Bernhardo ſuam in morbo fidem adprobat. 7. ad capeſſendum ſacrorum ſtudium precibus illectus ad eruditionis arcem contendit 7. 8. Academiam Pariſienſ. petit. 8. Hildeſiæ Monachorum ordini accedit. 9. ad Diaconatum & ſacerdotii munus obeundum evocatur. 9. Sanctitate ſicte inclariſcit. 9. Adelberto demortuo Abbas, poſt Antiſtes & Canonicus, & deniq; Eccleſiæ Miſnenſis Epiſcopus eligitur 9 Ab Archi-Epiſcopo Magdeburg. VVernero conſecratur. 10 A Clero & populo excipitur. 10. Verba facit & vota pro feliciori muneris ſui ſucceſſione. 10. Canendi in templo rationem emendat. 11. Slavos reſtituit. 11. Ad ſui commodum ſingula referendo ſcenæ inſervit. 13. Eccleſiæ excidium minatur. 13. Nubem fraudibus objicit Heinrici IV. Borri Nobilioris & matris Bezelæ liberalitate adjutus, 13. In turbis Saxonicis in exilium ejicitur. 14. 15. Servitutis jugum excutit. 15. Miſenam repetit. 15 Diſſidio inter Heinric. IV. & Gregor. VII. interveniente ad comitia Romæ indicta contra Heinricum excurrit. 16. Claves templi Miſnenſis reſignat fratribus cum monito. 16. Româ Miſenam recedit haud proletariò reliqviarum adparatu inſtructus à Papa. 17. In diverſorium divertit. ibid. Excipitur à Canonicorum cœtu ib. Sicco pede tranſit per Albin. 18. Ruſticum inſeqventem graviter objurgitat. ib. Villam habet & cellam in pago Naumburgo, ibiq; ædiculam in Deiparæ, omniumq; indigetum honorem conſecratam. ib. Diſparet ib. ad Diaconi præſentiam, rebusq; Miſenæ confectis juſto tempore redit. ib. Veſtigia pedum in pagis, adhuc integra, inſigit. 19. Tugurium ſuum ab ignium violentia immune præſtat. 16. Miracula Bennoni adſcripta ſunt vel ficta vel ludicra 20. Bennoni ſedes num Miſnæ an Stolpenæ fuerit diſceptatur. 23. Campanam conſecrat. ib. Ejus pedes agros Leiſnicenſes efficiunt fertiles. ib. Obit. 25. Injurias ab Heinrico, Burcardo & Marchione ſibi illatas iterat. ib. Cultum*

Ec-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-44442-p0200-0

*Eccleſiæ Miſnenſis non fore temerandum effudit.* ib. *Tumulo infertur.* 26. *Bennone mortuo turbæ integraſcunt adducta exemplorum biga, quando Gvilielmum Marchionem face excæcat.* 126. *Itemq; quando Heinr. March frendendo graviter exanimat.* ib. *Morbidos, periculis implicitos, vitaq; functos reſtituit.* 28. *Ejus Canoniſationem ad juſſum Canonicorum Miſn. Martinus veteris Cellæ Abbas petit à Papa* 29. *Cardinalium collegio negotium commendat.* 31. *Reſcriptum Papæ ad Martinum curatur.* 34. *Martinus adjuſſum comparet Cizæ.* 36. *Reſcriptum Papæum exprimitur.* ib. *Teſtes citantur.* 38. *Citatio ſubſcribitur.* 42. *Commiſſarii in templo cathedrali & aula Epiſcopali conveniunt.* 70. 71. *Formant articulos* 71. *Procurator aſſertionem XIX. membris abſolvit* 72. *ſeqq. Jurandi formula teſtibus præſcribitur.* 81. *Ejus canoniſatio tardè procedit.* 89. *Ab Adriano VI. expeditionis velum contrahitur.* 91. *Negotii ſolemnitas.* ib. *Diploma publicatur.* ib. *Ejus exuvias transferri curant.* 92. *Ejus reliquiæ.* 93. *Benno quid ſignificet.* 101. *Quinam hoc nomine claruerint.* ib. *Quinam ſcripſerint de Bennone.* 102. *Non fuit Theologiæ Doctor.* 105. *Pro errore veniam petens dignitati ſuæ reſtituitur.* 119. *Ejus caſula dæmonium fugat.* 127.

Bernhardus. *Hildeſienſium Epiſcopus* 604

Bezela. *Bennonis mater.* 6. *filii ſui ſtudia approbat.* 8. *Eccleſiæ Miſnenſi bona ſua teſtamento legat.* 14.

Blanditiæ *Epiſcoporum erga Imperatores perſecutionum fomes.* 117.

Borna *Oppidum diœceſeos Martisb.* 88.

Borrus *nobilior.* 13. *è liberalitate commendatur.* ib.

Breitenbachius *Jo. U. J. D. & Anteceſſ. Lipſ. conſilium in cauſa canoniſationis Benn. ſubminiſtrat.* 45. *ſeqq.*

Burckardus *Halberſtad. Epiſcopus in exilium ejicitur.* 119.

C.

CAmpana *ejus à Bennone conſecratæ virtus.* 23.

Canonici *olim fuerunt familia Præſulis* 107. *Hodie irregulares.* ib.

Canoniſatio *quomodo proceſſus hoc in negotio ſit inſtituendus, deducit Breitenbach. & Heinitius in conſiliis ſuis.* 45. 51.

Canoniſare *quid ſit.* 55.

Cantio. *rudis olim frequentabatur in antiphonariis canendi ratio* 11.

Canutus *Danorum Rex, antea Cnut.* 120.
Catalogus *qvid.* 55.
Cella *cellæ veteris inſtitutio.* 127.
Chemnitius *Theologus poſt Lutherum laborioſiſſimus.* 21.
Chronica *qvid,* 62.
Chryſoſtomus *honorem Epiſcopo collatum ad Deum ipſum pertinere ſtatuit.* 2.
Cicero *Grammatici ſcholam freqventat.* 105.
Claves *templi Miſnenſis à Canonicis & Decano in Albim ex juſſo Bennonis dejiciuntur.* 17. *In viſceribus piſcis ad epulas diſſecti reperiuntur. ib.*
Commiſſarii *in cauſa Bennonis teſtium atteſta recipiunt.* 48. *Expeditiones ad Papam perſcribunt.* 86.
Concilium *qvid.* 121.

D.

DEdo *Marchio Miſnenſis diem obit.* 15. *Ejus filiolus Henricus ab Imperatore obſes abducitur formandus in aula. ib.*
Doctores *Theol. nonniſi duo renunciati ſeculo XIII. In Paris. Acad.* 106.
Dresda *venditur.* 112

E.

ECcleſia. *Ejus in membra duo eminentiora diſtinctio.* 2. *Dubiæ vices.* 13. 15.
Educatio *qvi de ea ſcripſerint.* 104.
Ephrem *recuſat Epiſcopatum.* 99.
Einſidelius *Hugoldus Eqves.* 91.
Ἐπισκοπεῖν *unde derivetur.* 98
Epiſcopatus *eum qvi recuſarint.*
Epiſcopus *Epiſcopi munus honorificium & ſanctum.* 2. 95. *Cum imperio ſeculari omnium in his terris bonorum complementum abſolvit. ib. Originem ſummo in cœlis Numini debet. ib. Divinitati accedit proximè ib. Honor. Epiſcopo collatus ad ipſum Deum pertinet. ib. Epiſcoporum cum Angelis commune, imò ſanctius nomen. ib. Agentilibus inviolabiles ſunt habiti. ib. Eorum dignitas gradibus diſtincta.* 3. *Epiſcopus Pater Patrum dictus veteribus* 4. *Epiſcopus ab* ἐπισκοπεῖν *ib. Ebreis* צְפִים *ibid. Prudentioribus & literatis annumq; triceſimum jam ſupergreſſis ad dignitatis hujus eminentiam ſolùm patuit aditus. ib. A qvibusdam tàm arduum munus fuit recuſatum.*

*tum. ib. Circa Ottonum tempora ſeculo X. perluxum in graveſcentem ſordes trahit.* 5.
Epiſcopi *Hildebrandi edicto ſubſcribunt.* 16. *Germaniæ & Galliarum Epiſcopi Heinricum IV. contra inſolentias Hildebrandi obfirmant. ib. In Epiſcopos invectivæ.* 100. *Epiſcopi titulares.* 100. 101. *Epiſcoporum Miſnenſ. ſeries.* 108.
Etymologia *quanam probabilior.* 98.

F.

FAma *quid ſit & probet.* 50. 67.
Ferdinandus II. *Epiſcoporum nomen cum angelis commune, imò ſanctius eſſe ſtatuit.* 2. 96.
Fons *ſacer Miſnenſ.* 21.
Fortuna. *ejus proprium.* 10.
Franciſcus *Minoritanus unus ex Divis judicatur.* 90.
Franciſcus *Junius, Codini Scholiaſtes.* 98.
Fraudes *Papæorum.* 93.
Fridericus *Bennonis pater.* 6. *à literatura ſacratiori Bennonem ſuum revocare, ſed incaſſum laborat.* 8.

G.

GEnius *quid.* 116.
Gentiles *honorifice ſemper habuere ſacerdotes, eosq́; inviolabiles.* 2.
Georgius *Dux Sax. in cauſa Bennonis ad Papam Legatos oblegat.* 30.
Gertovicius *Jac.* 91.
Gnipho *Grammaticus* 105.
Goslaria. *Templum Goslarienſe ab Heinrico III. reſtauratur.* 9.
Grabati *quinam fuerint.* 25.
Gregorius VII. *Ejus cum Heinrico IV. diſſidium* 15.
Gvilielmus *Marchio Miſnenſ. beneficia Præſulatus conceſſa ſibi vendicat.* 27. *& Benn. demortuo face excæcat. ib.*
Cuttelius Gaſpar 100

H.

HAupt Daniel *Clericus diœceſ. Mogunt* 43.
Heinitius *Nicol. J.U.D. conſilium ad Martinum SS.Theol. P.P. Veteris Cellæ Abb. perſcribit in cauſa Canoniſat. Bennon.* 51. *ſeqq.*
Heinricus III. *templum Goslarienſe reficit.* 9. *Slavos per Bennonem reſtituit.* 11. 12.
Heinricus IV. *à Bennone ad acceſſionem ſtipendiis faciundam*

*dam inducitur. 13. Saxonum turbas coercet. 14. Epiſcopos, Abbates & Prælatos VVormatiam convocat. 16. ejus cauſa. ib. A temporibus Alex. M. & Julii Cæſaris omnium Principum fortiſſimus. 17. excommunicatur ib. Ejus cum Gregorio VII. diſſidium 15.*

Heinricus *Marchio Miſn. Bennoni infringit, colaphum. 27. A Bennone examinatur. ib.*

Hemelius *Lucas. Canonicus Numburg.*

Hermannus *Epiſcopus Verdenſis privilegia de venationibus obtinet 101.*

Hildebrandus *omnium Pontificum ſceleratiſſimus Gregorius VII. dictus 15. Edicto cavet, ne abs Imperat. Germaniæ Præſules inſularum diſtributionem admitterent, ejus ratio. ib. Concilium indicit Romæ cui ut interſit Heinricus, per legatos jubet 16.*

Hofmannus *Conrad Clericus diœceſ. Mogunt. 42.*

Hofmannus *Lucas Clericus diœceſ. Miſnenſ. 87.*

Horæ *Canonicæ Miſnenſ. 125.*

I.

Imperiti *iis non ſunt conferenda beneficia. 99*

Indulgentiæ *diſpenſantur ad Bennonis tumbam. 95.*

Ingratitudo *malorum iliadem in Sacris invexit. 22.*

Invidia *Ejus vindicatio. 27.*

Johannes *Epiſcopus Numburg. Commiſſ. 40.*

Julius *ad eum alleguntur preces pro Benn. canoniſ. 89.*

Juſtinianus *Imperatorum ſacratiſſimus. 2.*

L.

Lacrumæ *fallunt. 106.*

Legatus *Sacratiſſimus & honoratiſſimus 3. 97*

Leiſnicium *Diſtrict9 Leiſn. terram alit multæ Cereris ferac. 23*

Leo. X. *Ad eum pro canoniſ. Bennone allegantur preces 89*

Luxus *circa Ottonum tempora ingraveſcit 5.*

M.

MAgia *notatur in Bennone 18.*

Magi *Perſis audiunt honorifice. 3.*

Martinus *veteris Cellæ Abbas 29. Benn. canoniſationem petit à Papa ib. Cardinal. collegio negotium commendat. 31.*

Matthæus *Abbas Monaſt. Buch. commiſſar. 40.*

Meinhardus *Epiſcopus Miſn. terris excedit. 9.*

Melchior *Brixinenſis 89.*

Me-

Metropolitani qvinam 3.
Miraculum *eorum à Benn. editorum diviſio. 19. Miracula doctrinæ integritatem non evincunt. 21. A Papæis jactata perſtringuntur à Luth. ib. In Confeſſorum canoniſ. reqvir. non item in Martyrum. 64. Cur in ſancti canoniſat. reqvirantur. ibi ad ea qvanam concurrere debeant. 66. Ea vetulæ ex deceptione diab. faciunt ib. miraculum qvid. 65.*
Miſna *obſeſſa. 117. A civibus traditur Heinr. IV. 118. Eccleſia Miſnenſis cur dicatur ingenua. 127.*
Monachium *exuvias Bennonis aſſervat. 93.*
Monſtrum *qvid. 65.*
Mortuus *vivum occidit. 27.*
Mophti *qvis 3.*

N.

NAumburgum *pagus, ubi Benno villam cellamq; habuit 18*
Nicaleſ. *Valent. I.U.L. Capituliq; Meſn. Syndicus. 36.*
Nico *pugil nobilior. 27.*
Nomen *ejus ſortilegium. 128. nomin. mutatio apud Pontific. recepta 120.*

O.

OCtaviani *qvinum 26.*
Operarii *eos reficit Benno 21.*
Ordo *commendat. 2 96.*
Oſtentum *qvid. 65.*

P.

PApa *unde. 4. 97. Monarch. abſolut. in ſecular. adfectat. 16.*
Papiſmus *falſa & figmenta qvæq; adprobat. 21. 28.*
Paſtor *Paſtorum dignitas. 96.*
Patriarchæ *qvinam. 3. 4.*
Pflugius *Cæſar. 91.*
Pirna *venditur 112.*
Piſcis *diſſectus reſtituit claves juſſu Benn. in Albim project. 17*
Pontanus *Georg. 91.*
Portentum *qvid 65.*
Prodigium *qvid. ib.*

R.

RAdigaſt *Slavorum Idolum 17. 115.*
Ranæ *à Benn. ſilentio gravata ad ejusdem inſtantiam recoaxare incipiunt. 20.*
Raymundus *Gurcenus. 89.*
Reliqviæ *à Papa approbandæ. 53. iis ſubeſſe fraudes & offuc. 128*
Reſuſcitatio *mortuorum à Papæo facta haud temere ad ipſum diabolum refertur. 22.*
Ruſticus *Bennonis per Albin tranſeuntis veſtigia cum* plæ-

*plauſtro fœnis referto ſalvus legit.* 18.
Ruſtici *Leiſnicenſes. Eorum de Bennone diverbium* 23.
Ruthoni. *unde* 24.

S.

SAnctus *absq; auctorit. Papæ nemo habendus pro ſancto* 53
Saxonicum *ſpeculum publicavit Benno quidam.* 102.
Schleinizius *Jo. Miſn. Præſul Romam proficiſcitur.* 91. 128.
Seculum *X. infelix & miſerum.* 5.
Sepulcrum *Bennonis humile.* 92.
Serpens *prodigioſ.* 12.
Sigebertus *Bennoni in Abatia adminiſtranda cedit.* 9.
Silentiarius *Jo. Monachus* 103.
Sitis *eam populi audientis reſtingvit Benno.* 21.
Slavi *ſuperſtitioſiſſimi à Bennone reſtituuntur.* 11. 12.
Somnium *ea non plane ſunt vana.* 12.
Speculatores *eorum officium* 9. 4. 99.
Stolpena *ejus etymon.* 23.
Stolpen *Joh.* 24.
Stratagemata *alias furta* 13. 116. *an iis uti liceat.* 117.
Svantovitum *quid.* 11.

T.

TEſtes *in cauſa Bennonis confluunt.* 84. *Eorum Enunciata Syllabo comprehenſa.* 88.
Totilas *Gothorum Rex* 97.
Theophylactus *Patriarcha Conſtantinopolitanus* 101.
Turci *Mophti ſuum honorib. mactant.* 3.

U.

VAlentinianus *Ambroſium Præſulem gratulat. excipit* 2.
Vallis *à Bennone concionibus habendis eligitur.* 20.
Vigerus *Monaſt. Hild. Præpoſitus.* 7. 104.
Vigiliæ *ſ. preces pro defunctis* 25.
Vinum, *quo Bennonis oſſa lota fuerant agros reſtituit* 126
Voiglandia *unde* 24

W.

WAgio *Boleslai II. Bohemiæ Ducis Præfectus.* 116.
Wernherus *Archiep. Magdeb. in exilium ejicitur* 119.
Wernherus *Martisburg. Præſul, Exilium ſubit. ib.*
*VVertherus Jo. Eques.* 91.
Wollenbergenſes *Comites* 103.
Wurcinenſe *templum quis fundarit.* 110.

FINIS.

# ERRATA

## *In Epiſtol. Dedicat.*

l. 15. pro & leg. in.
l. 32. pro perditiſſimum leg. perditiſſimam.
pro penitus penitius.

## *In Euphem.*

Earumque II. pro celebri leg. celebris.

## *In illo Macarii Alexandr. Euphem. ſuffixo.*

l. 5. pro περσήπουσι leg. πεισήπουσι.

## *In Opuſculo ipſo.*

p. 3. lin. penult. pro principe leg. principes.
lin. ult. pro n, in.
p. 13. l. 23. pro ecclefi eccleſiæ.
p. 19. l. 24. pro X. &.
p. 22. l. ult. pro Voiglandia Voigtlandia.
p. 25. l. 13. deeſt vocula *præſentibus*, ſenſusque eſſe debet: *omnibus præſentibus & audientibus.*
p. 27. l. 8. pro contutbus contuitus.
p. 32. l. 4. pro claverit claruerit.
l. 10. pro Canonci caniſationem, Canonici canoniſationem.
deeſt vocula *etiam*, ſenſusque eſto: *etiam atque etiam commendare*,
p. 43. l. 18. pro officia offuciæ.
p. 44. l. 13. pro probat probet.
p. 46. l. 15. pro referunt referant.
p. 47. l. 11. pro Conſiſtoria Conſiſtorio.
p. 54. l. 24. deeſt vocula *cultibus*, ſenſusque eſſe debet: *hyperduliæ cultibus* &c.
p. 55. l. 17. pro declare declarare.
p. 60. l. 1. pro & ut.
p. 63. l. 19. deeſt vocula *licet*: ſc. *dubitare licet.*
p. 70. l. 14. pro fureunt fuerunt.
p. 71. l. 22. pro ad ac.
p. 80. l. 7. pro itnvientur imitentur.

)( p. 84.

p.84. l.12.13. pro reſiſtere reſidere.
p.87. l.9. pro perducenetorum producendorum.
p.92. l.12. pro tractatio translatio.
p.94. l.21. pro Chriſtn. Chriſtum.
p.96. l.4. pro τάξω τάξιν.
p.103. l.20. pro Slavos Slavus.
p.108. l.3. pro Is l.
p.109. l.20. pro & Goslario e Goslaria.
p.111. l.1. pro Roſanus Boſanus.
l.15. pro Bruthano Baruthano.
l.16. pro confirmitas confirmatis.
l.26. pro Siolegio Collegio.
p.112. l.16. pro Ramam Romam.
l.17. pro præventut. præventus.
l.26. pro geſtes geſtis.
p.127. l.3. pro ex eſt.
l.17. verteretur verteret.
p.131. l.1. pro ejusdam cujusdam.
l.5. pro Koozenbrodani Kœzenbrodani.
l.18. pro Zregorenſis Zregopenſis.
p.133. l.8. pro πιζωρίκαιν πιζυρίκασιν.
p.135. l.22. pro lamitaſſe clamitaſſe.
p.136. l.9. pro incurvam incurvum.
p.137. l.2. pro ruſtitutam reſtitutam.
l.11. pro gibbum gibbam.
l.21. pro Euckenberti Erckenberti.
p.138. l.7. pro glericis clericis.
p.141. l.11. pro pupuiſſe ſtupuiſſe.
l.18. pro merita marita.
p.142. l.18. deleatur voc. tum.
l.26. pro benevoli benevole.
p.143. l.4. pro decitiſſe decidiſſe.
l.20. pro adolando advolando.
l.27. pro publici publice.
p.144. l.13. pro Hannus Hanny.
l.14. pro gradrante quadrante.
l.19. pro ſatrorum ſacrorum.
p.145. l.21. pro Hambargenſis Hamburgenſis.
p.146. l.6. pro praviter graviter.
l.27. pro dici diei.

p.146.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-44442-p0208-3

p.146. l.30. pro epoplecti apoplecticum.
p.148. l.21. pro emanere emanare.
p.149. l.8. pro Polemiani Polenciani.
p.151. l.12. pro Vicaro Vicarii.
p.154. n.11. pro Conr. Conv.
p.155. n.27. pro Gverneri Horneri.
pro p.146. 156.
pro p.147. 157.
l.17. pro reliquis reliquiis.
pro p. 148. 158.
pro p.149. 159.
pro p.150. 160.
l. 1. pro artomatarii avtomatarii.
pro p.151. 161.
l.21. pro Plaumius Plaunius.
l.24. pro Votum fotum.
pro p.152. 162.
pro p.153. 163.
pro p. 154. 164.
l.23. pro produdit producit.
pro p.155. 165.
l.11. pro Vins. Virg.
pro p. 156. 166.
l.21. pro Nudipedi Nudipedum.
pro p.157. 167.
l.9. deleatur voc. accedit.
l.28. pro citanti citati.
pro p.158. 168.
l.16. pro eoque eique.
l. 26. pro rfert refert.
pro p.159. 169.
l.25. pro priorum priorem.
pro p.160. 170.
l.6. pro Meriam Mariam.
l.22. pro Fuespergenſis Fucksprigenſis.
l.34. pro Fuespergenſis Fuckſprigenſis.
pro p. 161. 171.
l.22. pro conventum conventu.
pro p.162. 172.
l.28. pro Schenckenar. Schenckenau.

pro

pro p. 163. 173.

l. 8. pro Hazzeus Harrerus.

l. 36. pro praviter graviter.

pro p. 164. 174.

l. 4. pro Grœbehſis Græbenſis.

l. 25. pro liberam libram.

l. ult. pro Deciparæ Deiparæ.

pro p. 165. 175.

l. 25. pro Lechnernus Lechnerus.

pro p. 166. 176.

l. 3. pro Bomelberus Bomelbergus.

l. 6. pro nuncupatum nuncupandum.

l. 20. pro veſperi veſperam.

l. 30. pro quippa quippe.

*Hæc fuere, quæ lectione curſoriâ notavimus. quorum ſi forſean alia Benevolus Lector invenerit, ea ut pro ſuâ humanitate corrigat, id verò eſt, quod enixiſſimè rogitamus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-44442-p0210-5

8 —

Pon. Vk 2492ᵈ

ULB Halle 3
004 957 369

f

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-44442-p0213-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-44442-p0214-7

A-

PA-

piſco-
unera
ec cu-
nima-
ſsimũ
viſum
opum
Am-
crare.
i poſ-
m pie-
os; in
m ſa-
yâ ad-
ctis o-
aſtitu-
Veſtra
mode-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-44442-p0215-2